qui aſcendens in altum dedit
dona hominibus Jeſus chriſtꝰ
dominꝰ noſter. cum patre et eo-
dem ſpiritu deus vnus ſuꝑ om
nia benedictus in ſecula ſeculo
rum Amen.

¶ In die aſcenſionis do
mini Sermo. II. In ordi
ne. XXX.

Aſſumptus
eſt in celum. ſedet
ad dexteram dei patris.
Mar. vltio A ¶ Gaudia
dominice reſurrectiōꝫ nobis ho
dierna feſtiuitas non terminat
ſed adauget. In qua dn̄s no-
ſter ieſus chriſtꝰ. poſtquā reſur
rectionis ſue gloriam in multis
manifeſtiſqꝫ documentis. mul
torū per hos. 40. dies declara
uit aſpectibus. triumphū victo
rie quem reportarat a mortuis.
hodierna die intulit celis. Sic
ergo in ſolēnitate paſchali reſur
rectio dn̄i nobꝫ fuit cauſa letā-
di. ita aſcenſio eius in celum. p̄-
ſentium nobis eſt materia gau-
diorum. Et merito hodie totis
letari oportet cordibus. quo be
ati apoſtoli vt Leo ait in ſer-
mone preſentis feſtiuitatis qui
tot miraculis ꝯfirmati. tot ſer-
monibꝰ eruditi. atrocitatem tn̄
dominice paſſiōis expauerant.
et veritatē reſurrectōis eius nō
ſine heſitatōne ſuſceperunt. tm̄
de aſcenſiōe domini ꝓfecerunt
vt quidquid illis ꝑus intulerat
metū. verteretur in gaudium.
Totam em̄ ꝯtemplatōem animi
in diuinitatē ad dextram patrꝫ
cōſedentis erexerant. Nec iam
corꝑee viſionis tardabant obie
cto. quo minus in id aciem men
tis intenderent. quod nec a pa-
tre deſcendendo abfuerat. nec a
diſcipulis aſcendēdo, receſſerat
Hodie ſiquidē filius hominis
dei filius excellētius ſacratius
qꝫ innotuit. cum in paterne ma
maieſtatis gloriam ſe recepit. et
ineffabili modo cepit eſſe diuini
tate p̄ſentior. qui factus eſt hūa
nitate longinquior. Ideoqꝫ mi
ro modo nō eos vt ꝑus meſtos
reliquit. ſed gaudio cumulauit.
Dicente luca. Et factum eſt cū
bene e. f. in. c. et ipſi adorantes
regreſſi ſunt in hieruſalē cū gau
dio magno cum in ꝯſpectu ſan-
cte multitudinis. ſupra omniū
creaturaꝝ celeſtiū dignitatem.
humani generis natura cōſcen-
deret. ac illius glorie ſociaretur
i throno. cuiꝰ nate copulat in fi-
lio. Dū hodierno die vidētibꝫ
diſcipul'. filiꝰ ipe aſſumptꝰ ē ꝛc.
¶ B Aſſumptꝰ eſt ꝛc. In ho
dierna dominice aſcenſionis ſo
lennitate. dignum eſt nos mag-
nis gratiarum actiōibus ſalua
tori noſtro reſpōdere. Qm̄ ꝑ eā
nr̄a infirmitas longe feliciꝰ re-
ꝑata eſt. qꝫ olim in ꝑmo pente ce
cidit Xpi nanqꝫ aſcenſio. nr̄a eſt
ꝓuectio. ait Leo ſmōe de aſcen
ſione. qui incipit. poſt beatam.

Et quo proceſſit gloria capitis.
eo ſpes vocatur et corpis. Seq̃
tur. Hodie em̄ nō ſolum padiſi
poſſeſſores firmati ſumus. ſed
etiam celorū in chriſto ſupnā pe
netrauimus. ampliora adepti p
ineffabilem chriſti gratiam. q̃
per dyaboli amiſeram⁹ inuidiā
Nam quos virulentus inimic⁹
pmi habitaculi felicitate deie-
cit. eos ſibi concorpatos dei fili
us ad patris dextrā collocauit.
¶ Uerum cum dominicā aſcen
ſionem celebram⁹. ſextum arti-
culū quē apoſtoli de humanita
te chriſti ediderant tractamus.
qui eſt. Aſcendit in celum. ſedet
ad dextram patris. Quē vt cla
rius credentes intelligam⁹. Pri
mo de eius aſcenſione Secūdo
de ſeſſione ad dextrā patris ſer
mo pſens erit. ¶ C Quantū
ad primū. Cū pfitemur chriſtū
dominū noſtrū. 40. reſurrectiōſ
ſue dic. hoc eſt hodie ſup omēs
celos aſcendiſſe congruit intelli
gere. ſm quā naturam aſcenſio
attribuatur chriſto Et qua vir
tute quo ad primū. ¶ Nouim⁹
autē in chriſto duas fore natu
ras. Diuinam ſcʒ et humanam.
Diuinam ſm quam eternaliter
vnum eſt cum patre ⁊ ſpū ſancto
Ubiqʒ eſt incircumſcriptus. il
localis. incomphenſibilis. omia
tenet. omnia implet. omnia com
plectitur. omnia ſuperexcedit.
vt dicit Gregori⁹ omelia. 8. in
ezechie. Humanā vero quā ex
tempore ſumpſit ex virgine. que
creatura eſt circumſcripta. In
certo loco exiſtens. ad alium lo-
cum localiter mobilis. licet na-
ture immobili ypoſtatice ſit vni
ta. Ex quo etiam hoc relucet. q
licet chriſtus ſit vbiqʒ ⁊ etern⁹.
tamen natura humana in chri-
ſto tempalis eſt ⁊ non replet om
nem locum. quoniā ſm Ambro.
libro. 1. de ſſ. In omnibus ⁊ vbi
qʒ eſſe. diuinitatis et dominati
onis eſt pprium. ¶ Cum autē
aſcenſio motum quendā impor
tet ad alium locum altiorem vel
dignitatem. ſm Tho. in. 3. pte.
q. 57. arti. 2. Manifeſtū eſt q
nō diuinā aſcēdere nata poteſt
quo ad locum. quia illocalis et
vbiqʒ eſt Nec quo ad dignita-
tem. tū quia nihil diuinitate al
tius. tū quia ſimplex eſt ac inua
riabilis Apud quē non eſt tranſ
mutatio nec viciſſitudinis ob-
umbratio. Jacobi. i. Quaprop
ter ipſa aſcenſio tantū conuenit
chriſto ſm naturā humanā. tan
q̃ ſm illud qd aſcendēdo ſubue
ctū eſt a fris. ⁊ collocatū ad dex
tram pris Quāuis ei attribuat
etiā ſm naturā diuinā. tq̃ ſm il
lud qd aſcenſiōʒ hmōi pncipalr
effecit. qūo dr Aug⁹. in ſ. de aſ.
De nro fuit q fili⁹ pepēdit i cru
ce. De ſuo aūt q aſcendit. Et iō
articul⁹ ille inter illos qui ad hu
manitatē ptinent ɔputat. ¶ D
Sʒ forte occurrit alicui ſcpta.
Jo. 3. Nēo aſ. in ce. ni. q d. d ce.

Et iterꝫ Ephe.4. Qui deſcen-
dit ipſe eſt qui aſcendit ſup̱ o.c.
vt a.o. Glo. donis ſuis. Nunc
aũt xp̄c nõ deſcendit ſm naturã
humanã. que ante hodiernũ di
em nũqꝫ fuit in celo. quare neqꝫ
ſm illã aſcendit in celũ Sed fa
cile ſoluit̃ hec q̃ſtio. ſi verba ſcri
pture diligenti⁹ attendant̃ Ne
qꝫ em̃ ſcriptura dicit. Nemo a-
ſcendit in celũ niſi ſm id ſm qđ
deſcendit de celo. ſed nemo aſcẽ
dit in celũ niſi qui deſcendit. ſic
nõ dicit apl's. Natura diuina
que deſcẽdit đ celo ipſa eſt quo
aſcendit. ſed q̇ deſcendit ipſe q̇
aſcendit. Nõ idemptitatẽ natu
re. ſꝫ p̱ſone vnitatẽ clare ꝑcans
Xp̄c ſiquidem nõ due p̱ſone ſic̃
neſtori⁹ heretic⁹ mentit⁹ eſt. ſed
vna tm̃ eſt ſubſiſtens in duab⁹
naturꝭ. ſm Damaſ. Et hec p̱ſo-
na xp̄i licet eterna ſit. facta tñ ẽ
homo ex tp̱e eadem que de⁹ eſt.
Propter qđ xp̄c ſicut vere ⁊ na-
turaliter de⁹. eſt filius p̄ris dei.
ita v̄e ⁊ natural'r hõ fili⁹ eſt vir
ginis matris. etern⁹ ⁊ temp̱alis
paſſibilis ⁊ impaſſibilis. idẽ vti
qꝫ xp̄c ſed nõ ſm idẽ. q: ſm diui
nitatẽ deus. ſm humanitatẽ hõ
Ita eadẽ p̱ſona ẽ q̄ aſcẽdit ⁊ de
ſcendit. ſicut Aug⁹ ait li. de ſim
bolo. Quis eſt q̇ deſcendit? de⁹
Quis eſt qui aſcendit Idẽ ipſe
deus homo. Verꝫ nõ ſm idẽ. q:
xp̄c deſcendit ſm diuinã. aſcen-
dit aũt ſm hũanã naturã ¶ Et
q̃uo deſcẽdit ſm diuinã que im

molibis eſt? Non localis fuit il
le deſcenſus. ſed ſm exinanitõꝫ
qui cũ in forma dei eſſet. formã
ſerui accepit Sicut em̃ đr exina
nitus. nõ q2 ſuã amitteret pleni-
tudinẽ. ſed q: noſtrã p̱uitatẽ ſu
ſcepit Ita de celo deſcẽdiſſe đr.
non quia celũ deſeruit. ſed q: in
vnitatem p̱ſone naturã terrenã
ſuſcepit. Q̃uo ṗnceps de ſua di
gnitate deſcẽdere đr. ſi alicui po
pulari ꝯiugio ſociatur. ſm hũa
nam v̄o hodie localiter aſcẽdit
in celum. ⁊ terrã deſeruit. cui vi-
ſibilem p̄ſentiã ſubtraxit. Licet
in ſacramẽto eucariſtie in finem
vſqꝫ p̱manſur⁹ hic inuiſibilit̃ p̱-
mãſit ¶ Aſcendit aũt dñs
in celum. nõ ſubiect⁹ ab alio. ſꝫ
ſua ꝓpria virtute Virtute dico
tam diuina q̃ꝫ hũana. Diuina q̇
dem que eſt ṗncipale agẽs ⁊ mo
uens in omni poſitiua actiõe. ſic̃
Joh. ait. Oia p̱ ipm̃ facta ſunt
et Ro. xi. Per ipm̃ et cũ ipſo et
in ipſo ſunt omnia. et Actuũ.
17. đt paulus. In ipſo viuimus
mouemur ⁊ ſumus. Hec autem
diuina virtus ꝓpria eſt xp̄i. imo
ipſe xp̄c idemptice. Quecũqꝫ g̃
xp̄c in carne egit i n q̇buſcũqꝫ mi
raculis. ꝓpria virtute effecit. de
hoc Greg. ome. 29. Redemptor
noſter nõ curru. nõ angelis ſub-
leuat⁹ legit̃. q: is qui fecerat oia
nimirũ ſup̱ oia. ſua virtute fere
batur Illuc etem̃ reuertebatur
vbi erat. Et inde redibat vbi re
manebat. Quia cũ p̱ hũanitatẽ

aſcenderet in celum. ꝑ diuinita
tem ſuam ⁊ terrā ꝑiter ꝯtinebat
et celum Aſcendit quoqꝫ ꝓpa
virtute humana glorificata Cꝰ
dos vna eſt agilitas. ſicut dicit
Sap. 2. Sicut ſcintille in arū-
dineto diſcurrent. ꝑ hanc q̄dē
dotem corpꝰ glorificatū ꝑfecte
ſubeſt aīe. rōne cuiꝰ aīa poterit
ipm mouere ad oēm differentiā
poſitōis. ad quācūqꝫ diſtantiā
⁊ qua voluerit agilitate. ſic ait
Augꝰ. 22. de ciui. dei c. vlt. Ubi
volet ſpūs. ibi ꝓtinus erit corpꝰ
¶ f Sꝫ forte mouere poſſet
q2 lucas ait Act. i. Eleuatus eſt
⁊ nubes ſuſcepit eum Et iterū de
ſcribit angelos affuiſſe ⁊ apl'os
allocutos fuiſſe. Uñ videtur ꝙ
miſterio nubis ⁊ angeloꝝ ſubue
ctus ſit Sꝫ nihil h' ꝑdictꝭ ꝯtra
riatur Eleuatꝰ quidē eſt xp̄c nō ab
alio ſꝫ a ſeipo. cuiꝰ nutu oīa alia
ſubſiſtunt Aſſumptus eſt a pr̄e.
cuiꝰ v'tus nō eſt alia a v'tute xp̄i
ſed eadē Nubes v'o illa q̄ aſcen
dentē dñm ab ocul' ſuſcepit di-
ſcipuloꝝ. nō āminiculū xp̄o ꝓbu
it. ſic dīt Tho. ſꝫ in ſignū appꝑuit
deitatꝭ Sic gloria dei iſrael ap
paruit ſuꝑ tabernaculū in nube
Et in tranſfiguratōe in teſtimo
niū deitatꝭ nubes lucida obum
brauit eū Et vox de nube. Hic
eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ in quo mihi
b. cō. ipſum audite Math. 17.
Ita etiam nec angeli ipm ſuble
uaſſe dicunt. ſed poſt aſcenſionē
aſtitiſſe diſcipulis. Non tamen
defuerunt angeli Non quidem
ſubuehentes. ſed ſuo imꝑio ob-
temꝑantes Et vt vere ꝓbaretur
deus. cui ſemꝑ angelicꝰ ſubijcit
famulatus. De quo Leo ꝑ. huiꝰ
feſti ait. Nec poſſet ambigi oīa
illi ſubiecta eſſe. cui ab ipſo cor-
poree natiuitatis exordio famu
latus ſeruiuiſſet angelicus Si
cut em̄ ꝯcipiēdū xp̄m de ſpūſan
cto beate marie angelus nuncia
uit. ſic et editum de virgine vox
celeſtium paſtoribꝰ cecinit. Am
bulāti in carne accedētes angeli
miniſtrabāt Agonizantēqꝫ cō
fortabant. Et ſicut reſurrexiſſe
eum a mortuis ſuꝑnoꝝ nuncioꝝ
teſtimonia ꝑ̇ma docuert. ſic ad
iudicandū mundū in ipſa carne
venturum angeloꝝ officia decla
rarunt. vt intelligeremꝰ quante
poteſtatis affuture ſint cum iu-
dicaturo. cui tante miniſtrarūt
etiam iudicando. ¶ Et q̇d
mirum ꝙ ꝓp. ia virtute chriſtus
aſcendit. cuius grā reſuſcitata
glorioſa corpora ſanctoꝝ. ꝑ do-
tem agilitatis virtute ꝓpria ad
iudicium in occurſum domino
ſubleuabūtur in aera. et poſt iu
dicium in celi empir; ei culmina
Et quāuis etiam ſic deferentur
ab angelis. vt vult glo. i. Theſ.
4. Non tamē hoc fiet propter
indigentiam. ſed ad reuerentiā
deſignandam. que corporibus
glorioſis ab angelis et ab omni-
bus creaturꝭ deferetur. vt vult
Thomas et Scotus in quarto

Sic ergo patet ꝑmum. videlicꝫ ſm quā naturam chriſtus aſcendit et qua virtute. ☞ H

Nunc quo ad ſecundū reſtat videre. quo aſcenderit. et quare Aſcendit autem ad dextram dī patrꝭ. in qua et ſedere eum affirmat euangeliſtā. Intelligitur autem patris dextra. vel gloriā diuinitatis. vt vult Damaſcenꝰ in ſuo. 3. dicens. Non localem patris dextram. dicimus. Qualiter enim qui incircumſcriptibilis eſt localem adipiſceretur dextram? Dextram autē patris dicimꝰ gloriam et honorem deitatis. Uel nomine dextre accipitur pociora bona patrꝭ. que ſūt beatitudo ipſa. ſcilicet ad viſionem et fruitionem ſummā nature create poſſibilē. Unde in pſ̄. Delectatōnes in dextera tua vſqꝫ in finem. Et beatus Augꝰ. in ſmone de ſymbolo. Credite chriſtū ſedere ad dextrā patrꝭ. Beatꝰ em̄ eſt. et ipſius btītudinis nomen eſt dextra patrꝭ. Uel tercio intelligitur iudiciaria poteſtas. vnde Augꝰ in alio ſmōe de ſimbo. Ipām dexteram intelligite poteſtatem quā accepit ille homo ſuſceptus a deo. vt veniat iudicaturus. qui prius venerat iudicandus. ¶ Sedere autem quiſcere eſt vel habitare De ꝑmo dicitur Luce. 24. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Sedere id eſt q̇eſcite. De ſecundo dicit Augꝰ. ſmone de ſimbolo. Sedere habitare intelligite. quomodo dicimus de quocūqꝫ homine. In illa patria ſedit per tres annos. ☞ H ¶ Chriſtus itaqꝫ ſm vtramqꝫ naturam ſedet ad dexteram patris. Secundum diuinam quidem ſedet ad dexteram vel verius in dexterā patriſ ſm equalitatē. quia eius cū patre manet eternaliter ⁊ incōmutabiliter vna deitas. equalis beātitudo ⁊ gloria. ⁊ coeterna maieſtas iudiciarie poteſtatis.

Sicut in ſymbolo athanaſij innuitur Patris et filij ⁊ ſpūſſancti v. e. d. e. g. c. maieſtas. Secūdum humanitatē vero ſedet ad dextrā p̄ris. nō ſm eq̄litateꝫ ſed acceſſum quendā excellentē ſup oēs creaturas (Ad) ſiquidē ꝑpoſitō tranſitiua eſt imptans acceſſum. Xp̄c āt ad honorē deitatis. ſm nām hūanā ad btītudinē p̄ris ac iudiciariā ptātem ꝓpinquus accedit ſup oēs creaturas. ſm grām duplicē ⁊ gloriam Scdm grāz pſonalꝭ vniōꝭ. que ſinglarit̄ ↄueīt hūanitati xp̄i. ⁊ nulli alij creature. ſm grām habitualē q̄ eſt grā vniōꝭ ſpūalis. qꝛ illa. cum angelis ⁊ ceteris hominibus data ſit ad menſurā. ſoli aīe xp̄i datꝰ ē ſpūs n̄ ad mēſurā Jo. 3. qm̄ de plenitudie eiꝰ accepimꝰ oēs grāꝫ p grā Jo. i. Iōqꝫ grā illa hitualis vt i xp̄o dꝛ grā capitis. cuiꝰ eſt influere in cetera corꝑis membra. Non enim niſi

per xp̄m grām accepit quiſq̄ ho
minū eam accepit. Et qꝛ grām
cum ceteris cariſmatibꝰ donoꝝ
ſup omēs creaturas accepit aīa
xp̄i. Nihil dubiū qui et btitu-
dinis gloria ſup omēs eſt eleua-
ta Quāuis em̄ xp̄m ſm hūanā
naturā deus pater paulominꝰ mi
norauit ab angelis. quantū ad
pfectōem eſſentialē hūanitatis.
tn̄ vt pphetā ait. Gloria ⁊ ho-
nore coronauit eū. et ꝯſtituit eū
ſup oīa opa manuū ſuaꝝ. i. oēs
creaturas Et omīa ſubiecit ſub
pedibus eiꝰ. dando ei ſcʒ excel-
lentiſſimā iudiciariā ptātem. q̄
cōicari pōt creature Ideo dꝛ iu
dicare ſubautētice excellentiſſi-
me. vt declarat Sco. in 4. diſ.
48. q. j. Et in oibus ſedet. quia
nihil hoꝝ ab eo poteſt auferri.
☞ ¶ Sed forte dicꝫ. quō
aſcendendo ſedet ad dextrā pa
tris moꝫ dictis. cū ea que dicta
ſunt. ſm diuinitatē ꝯueniāt xᵒ
ab eterno. ſm hūanitatē ꝟo apᵒ
inſtāti ꝯceptōꝫ. ſic dt mgr̄. li. 3.
diſ. j8. Ab ipa ꝯceptione tanta
plenitudo ſpūalium cariſmatū
in eo fuit. ꝙ eis pficere non po-
tuit. et ideo melior ipſa aīa fieri
nō potuit. ¶ Sed ad illud pla
ne dicit̄. dn̄m in aſcenſione ſua
ad dextrā patris ſm hoīem ꝯſe
diſſe. ſm illū tropū creberrimū
in ſcriptura. quo dꝛ res fieri qn̄
innoteſcit. qd̄ ꝟo fuit ante paſſi
onē. p reſurrectōꝫ eius et aſcen-
ſionem in euidenti poſitū eſt. vt
ſcirent hoīes et demones. Hoc
eodem tropo dn̄s vſus eſt. etiā
poſt reſurrectōꝫ dicēs. Data eſt
mihi omīs ptās in celo ⁊ in t̄ra.
Mar. vltio. Nō ꝙ tūc pmo ac
cepit. ſed quā ante habebat tūc
manifeſtata eſt ptās. Hec mgr̄.
Verūtn̄ aliquā extrinſicā hodie
ꝯſecutus eſt dignitatē. qm̄ ſicut
omnē creaturā excedit humani
tas xp̄i meritis. btitudine. ac di
gnitate. ſic hodie in ſupmū locū
celeſtis hieruſalē localiter ꝯſcē-
dit. qm̄ vt dt Tho. in. 3. p. q.
57. ar. 4. quanto corpa pfectiꝰ
pticipant bonitatē diuinā. tan
to ſunt ſupiora corpali ordine.
qui eſt ordo localis. Sicut vi-
demꝰ in elemētis. ꝙ magis ſpū-
alia ſunt ſupiora Vn̄ qꝛ corpus
xp̄i glorioſum. magis oibus cor
pibus ad diuinam bonitatē ac
ceſſit. ideo ſup omēs eſt eleuatū
Sicut i pſ̄ dꝛ. Eleuata ē mag.
t. ſ. c. Et glo. ſup illud Ephe. 4
Aſcendens xp̄c in altū. dicit lo-
co ⁊ dignitate. ☞ ¶ R Ecce
ad celū dn̄m aſcendiſſe audiuiꝰ
hoc ſuemꝰ in meditatiōe quod
credimus. Et ſi adhuc hic tene
mur in infirmitate corpis. ſeq̄-
mur tn̄ eum paſſibus amoris. ⁊
vt Leo ait. Liberos cordis ocu
los ad illā altitudinē in qua xpꝰ
eſt erigamus. ſurſum vocatos
aīos. terrena deſideria nō depri
mant. Ad eterna pelectos. pitu
ra nō poccupent. Viā veritatis
ingreſſos. fallaces illecebre non

retardent Sed ita a fidelibus
hec tpa ꝓcurrantur. vt ꝑegrina
ri in hac mundi valle ſe cogno-
ſcant In qua ſi cōmoda blandi
unt. nō amplectēda ſunt neq̄ter
ſed tranſeūda ſunt fortiter Pē
ſantes diligenter. vt Greg. hor
tatur. q2 is qui placidꝰ aſcēdit
terribilis redibit Et quidquid
nobis cū manſuetudine p̄cepit.
cū diſtrictōe exiget Nemo ḡ in-
dulta pnīe tpa ꝑuipendat Neq̄
curā ſui dum valet agere negli-
gat. quatinꝰ dum hic in ſuis pre
ceptis deuoti inuenimur. ipm q̄
in celos aſcendens ſuos diſcipu
los n̄ ɔtriſtauit ſ3 letificauit. ſic
venientē nō iratum. ſed māſue-
tum iudicē cum gaudio ſuſcipe
mereamur. Qđ ipſe nobis ɔce-
dere dignet̄ qui cū p̄re ⁊ ſſ. vi. et
reg. de. ꝑ omīa ſecula. ſe. Amen.
¶ Quare aſcēderit ſmo ſeq̄ns
declarabit.

¶ In feſto aſcenſionis do
mini Sermo. III. In ordi
ne XXXI.

Dominus
poſtquā locutꝰ eſt
eis aſſumptus eſt
in celum. Mar. 16. A
Sacramētū noſtre ſalutis quā
precio ſanguis ſui vniuerſitatis
cōditor eſtimauit. vt ait Leo in
ſmone huiꝰ feſti. a die corꝑalis
ortus vſq3 ad exitū paſſiōis per
diſpenſatōz humilitatꝫ impletū
eſt. Lic3 multa etiā in forma ſer
ui diuinitatꝫ ſignā radiauerint
Glorificatio aūt eiuſdē dn̄i no
ſtri ieſu xp̄i reſurgenꝰ ⁊ aſcendē
do ɔpleta eſt. Reſurrectōz vero
ipſiꝰ paſchali feſtiuitate celebra
uimꝰ. Aſcenſiōem hodie celebra
mus. Feſtus nobis dies vterq3
q2 vterq3 nobis magni bn̄ficij
cauſa extitit. Dn̄ ido ſurrexit.
vt nobis exemplū reſurrectōnis
oſtēderet. ⁊ ido aſcendit vt nos
deſuꝑ ꝓtegeret Habemꝰ ḡ deū
⁊ ſaluatorem nr̄m. ꝑus pendens
in ligno. nunc ſedentem in celo.
Preciū noſtꝝ dedit cū penderet
in ligno. Colligit qđ emit dum
ſedet in celo. Totū ergo nobis
ꝓficit. et qđ in carnis aſſumpta
infirmitate ſemiauit. et qđ nūc
glorioſus aſcendens metēdo in
celū colligit. Qđ ipſe i eo pulcre
figurauit. dum iam aſcenſurꝰ in
celū multꝫ ſermōibꝰ corda ſuoꝝ
diſcipuloꝝ q̄s relicturꝰ erat in-
ſtruxit. et quaſi ſemē vite largiꝰ
ſparſit vt ɔtinuo eleuatꝰ ad pā-
tris dextrā. ſemis ſui fructū in
celeſtis glorie collecturū horrea
ſe ſignaret. Expletis em̄ oibus
que euāgelice p̄dicatiōi et noui
teſtamenti miſterijs ɔgruebant
q̄dragesimo reſurrectōꝫ ſue die
quā hodie colimꝰ. Uidentibus
diſcipulis eleuatꝰ eſt. ſm thema
tis verbū. Poſtquā dn̄s locutꝰ
eſt eis B C Poſſet alicui ſen
ſui hūano videri. nobis longe
vtilius fuiſſe. ſi dn̄s ex mortuis
reſurgens nobiſcū manēs in ter

ris corpāliter ꝯuerſatus fuiſſet. vt ſic ſua corpali pn̄tia ꝯtra oēs aduerſitates ꝯſolaremur. ⁊ ſua ineffabili doctna ꝯ emergentes hereſes et erꝛoꝛes circa fidē do ceremur Ob has em̄ cauſas. diſcipuli dn̄i ſuū receſſum ſine triſticia et meroꝛe nō poterant audire. teſte dn̄o q̄ ait. Uado ad eū q̄ miſit me ſed qꝛ hec locutus ſum vobis triſti.ꝛc. ¶ Sed ſic cogitantiū erꝛoꝛ appebit. oſtēſo qꝫ ꝯgruū fuit dn̄m corpaliter aſcendere in celū. Hui⁹ aūt ꝯgruitatis duplices āſſignari poſſūt rōnes. quedā ex pte xp̄i aſcendētis. quedā ex pte homis p⁹ xp̄m venire cupientis. ¶ Ex pte xp̄i aſcendentꝫ ꝯgruū fuit vt pbata reſurꝛectiōꝫ veritate in dieb⁹ 40. in multis ſignis apparens. Act. j. Ipſa die. 40. ſm corpus ſuū iam gloꝛificatū aſcenderet in celum q̄druplici rōne. Prima ſumit ex pte corpis ſm ſe. Alie tres ſm hītudinē xp̄i ad nos.

¶ Ex pte itaqꝫ corpis glificati ꝯgrue aſcendit xp̄c. vt loc⁹ pportionaret locato. Duplici āt reſpectu loc⁹ celoꝝ ſupm⁹ ꝯgruit xp̄i corpi glificato. Prio qꝛ ſm ſ. tho. in. 3. p. q. 57. ar. 1. Per reſurꝛectōꝫ vitā incorꝛupribilē et īmortalē inchoauit Loc⁹ āt in q̄ nos hītā⁹ loc⁹ eſt gn̄atōꝫ ⁊ corꝛuptōnis. ſꝫ celū loc⁹ eſt incorꝛuptōꝫ. iō ille ꝯgruebat corpi xp̄i iā p dona glie incorꝛuptibili. Secūdo loc⁹ ſupioꝛ ꝯgruit locato dignioꝛi. qꝛ ſupioꝛitas loci arguit ei⁹ dignitatē. Corp⁹ aūt xp̄i ppt glie excellentiā q̄ refulget ſup oīa alia corpa (etiā glioſa) digni⁹ eſt oī corpe. Et ppter ipoſtaticā vniōꝫ excedit dignitate oēm ſpm̄. ⁊ vlr oēm creaturā vt idē d̄t vbi ſ̄ ar. 5. Iō ſic aſcēdit ſup oēs celos corpales ſm corp⁹ quo ad p̄mū. Ita etiā ſm id̄ corpus aſcendit ſup oēs celos ſpiritales. i. angelos ⁊ btōs. quo ad ſcd̄m. ⁊ h̄ē qd̄ d̄t apl's ad Ephe. 4. Qui deſcēdit ipe eſt q̄ aſcendit ſup omēs celos. de b̄ Leo in ſ. q̄ incipit Sacrm̄ dilectiſ. ita d̄t. Natura nr̄e hūilitatis in x⁹ ſup oēm celi miliciā. ſup oēs oꝛdines angeloꝝ. ⁊ vltra cūctarū altitudinem ptātum ad dei patrꝫ eſt profecta ꝯſeſſū. Ut illius grē ſociaret in throno. cui⁹ nāe copulat in filio. ¶ Fuit etꝫ ꝯgruū xp̄o aſcendere in celū ſm hītudinē ei⁹ ad nos triplici rōe. Prio q̄dē vt ſua aſcenſiōe nob̄ viā aſcendendi paret. ſic ipe ait Joh. 14. Uado pare vob̄ locū. et Mich. 2. Aſcendit iter pandēs āñ eos. qꝛ etem̄ ipe eſt caput nr̄m. optet illic ſeq̄ mēbꝛa vbi caput pceſſit. Iō vbi ſ̄ ſb̄dit. Si abiero ⁊ ppauero vob̄ locū. iteꝝ venio ⁊ accipio vos ad meipm. vt vbi ego ſum ⁊ vos ſitis Et in ſignū h⁹ aīas de iferno eductas traduxit in celū. ſm illd̄ ps̄. Aſcendēs x⁹ in altū cap. dux. cap. qꝛ a dyā° captiuatos ſecū duxit

in celū. locū naẗe nr̄e ꝑegrinum.
bona captōe captiuos vtpote ꝑ
victoriā adq̄ſitos. Scd̄o vt tanq̄
aduocat⁹ nr̄ ⁊ ꝓton⁹ aſſiſtēs iu-
dici intꝑpellet ꝓ nobis Vn̄ ſic in
v.t. pōtifex intrauit ſanctuariū
vt aſſiſteret dn̄o ꝓ ppl'o. ita xp̄c
intrauit celū ad intꝑpellandū ꝓ
nobis. hinc Heb. 7. dicit apl's de
xp̄o. Accedēs ꝑ ſemetip̄m ad de
um. viuēs ad intꝑpellandū ꝓ eis
Et ſeq̄ẗ. c. 9. Jeſus ip̄m celū in-
troijt. vt appeat nūc vultui dei
ꝓ nob. Cui ꝯcordat ioh. i. Joh
2. Aduocatū inq̄t hēm⁹ apd̄ pa-
trē ieſum xp̄m iuſtū. ⁊ ip̄e eſt ꝓpi
tiatio ꝓ pctis nr̄is Jpa eniꝫ rep-
ſentatio ſui ex naẗa hūana quā
celis intulit. eſt q̄dā interpella-
tio ꝓ nobis. vt ex q̄ d̄s hūanam
nām ſic exaltauit. etiā eoꝝ miſe-
reaẗ ꝓ q̄bus fili⁹ dei hūanā nāꝫ
aſſumpſit. Tercio vt in celoꝝ ſe-
de tanq̄ꝫ deus ⁊ dn̄s ꝯſtitut⁹. ex
inde dona diuia mitteret hoīb⁹
ſic ait pſ. Aſcē. xp̄c in al. capti.
duxit captiuitatē. dedit dona
hoīb⁹. et glo. ſuꝑ illud Ephe. 4
Qui deſcēdit ip̄e eſt q̄ aſcendit
ſuꝑ. o. ce. vt ad. oīa. ſ. donis ſuiſ
Dona iſta ſunt gr̄e ſpūſſancti.
tam gratiꝫ date. q̄ꝫ gratū facientiꝫ.
imo ip̄e ſſ. dator donoꝝ. Jdcir-
co dn̄s ait Joh. 16. Ego verita
tē dico vobis. expedit vobis vt
ego vadā Si em̄ nō abiero ꝑa.
nō veniet ad vos Si āt abiero
mittam eū ad vos. ¶ Ex quib⁹
clare colligiẗ. quantū nobis ꝓfe

cit dn̄m ſm aſſumptā naturam
aſcendiſſe in celuꝫ. q̄m aſcenſio
xp̄i in celū cauſa eſt efficiēs aſcē-
ſioniꝫ nr̄e. ex ꝑte ſui. quantū ad
ea q̄ tacta ſunt. q̄ aſcendēs fecit
ꝓ nobis. Hinc Bern̄. ſ. de hac
feſti. qui incipit. Si natiuitatiꝫ
Vides ne queadmodū ceteꝝ ſo
lēnitatū. ea quā hodie celebra⁹
⁊ ꝯſumatōꝫ hēat. et fructum de
claret. et augeat gr̄am Sic em̄
cetera oīa eius qui nobis nat⁹ ē
et nobis datus. ita ipſa q̄ꝫ ipſi⁹
aſcenſio ꝓpter nos facta eſt ⁊ fe
cit ꝓ nobis. et Aug⁹ in ſ. Oia
inquā cariſſimi ⁊c. ad id loq̄tur.
D ¶ Cōgruebat id ip̄m ex ꝑte
nr̄i totidem rōnib⁹. q̄m ꝑ hanc
dn̄i aſcenſiōem ad ip̄m i nobis
excitata ē reuerētia. fides aucta
ſpes roborata. caritas inflāma
ta. ſicut Leo in ſmōe cui⁹ ꝑnci-
piū Sacr̄m dilectiſ ait. Aſcen
ſione domini nos fundati. nos
edificati ſumus. vt mirabilioꝛ
fieret gratia dei cum remotis a
conſpectu hoīm que reuerentiā
ſui ſenciebanẗ inducere. fides
non deficeret. Spes non fluctu
aret. caritas non teperet. Dn̄i
itaq̄ꝫ aſcenſione creuit in nobis
reuerentia ad deum. q̄ timoꝛis
eſt ꝑncipiū. nō illius ſolū q̄ ſuil'
dꝛ. ſꝫ ⁊ filialis tioꝛis ⁊ caſti. qua
timem⁹ ne deo irꝛeuerentiā irꝛo
gemus. Cū ergo deū aſcendiſſe
celos credim⁹. iā nō vt hoiem ſꝫ
vt deū recolimus. vn̄. 2. Coꝝ. 5.
Et ſi cognouim⁹ xp̄m ſm carnē

.i. mortalē. ꝑ qđ putauim⁹ eū tm̄
hoīem ſm̄ glo. ſʒ nunc nō noui⁹
ſic. ſed hoīem deū. nedum in ter
ris ſed in celo potētem. Et ideo
merito reuerendū. ¶ Per
dn̄icam aſcenſiōeʒ. fides noſtra
recepit augmentū. que eſt de nō
viſis. de quo Leo in ſmōe Sa
cramentū dt. Tunc fili⁹ hoīs. di
fili⁹. excellenti⁹ ſacrati⁹ qȝ inno-
tuit. cū in paterne maieſtatꝭ glo
riam ſe rcepit. ⁊ ineffabili mō ce
pit eſſe diuinitate p̄ſentior. qua
factus eſt hūanitate longinq̄or.
Tunc ad equalē patri filiū eru-
ditior fides greſſu cepit mentis
accedere. ⁊ ꝯtrectatiōe corꝑee in
xp̄o ſubſtātie qua p̄re minor eſt
nō egere. quin glorificati corꝑꝭ
manēte natura. eo fides creden
tiū vocabat̄. vbi nō carnali ma
nu. ſʒ ſpiritali intellectu par ge-
nitori vnigenit⁹ tangeret̄. Hāc
fidem aſcenſiōe dn̄i auctā. ⁊ ſſ.
munere roboratā. non vincula.
nō carceres. nō exilia. nō fames
nō ignis. nō laniatus ferāꝝ. nec
exquiſita ꝑſequentū crudelita-
tibus ſupplicia terruerūt. Pro
hac fide ꝑ vniuerſum mūdū. nō
ſolum viri ſʒ et femie. nec tm̄ im
pubes pueri. ſed etiā tenere ꝟgi
nes vſqȝ ad effuſiōʒ ſui ſangui
nis decertarūt. Hec ille. Hec fi
des ꝯformiter ad euangeliū ho
diernū. Demonia eiecit. egritu-
dines depulit. mortuos ſuſcita
uit. Vn̄ et ipſi ap̄li qui tot mira
culis ꝯfirmati. tot ſermōib⁹ eru
diti. atrocitatē tn̄ dn̄ice paſſio-
nis expauerant. ⁊ veritatē reſur
rectōis ei⁹ dubitādo ſuſceperūt
tm̄ de aſcenſione dn̄i ꝑfecerūt.
vt quidq̄d illis p⁹ intulerat me
tum. nunc verteretur in gaudiū
Et quib⁹ abceſſus corꝑalis dn̄i
triſticiā intulit. poſtea aſcenſus
in celū gaudiū cumulauit. vnde
Luc. Et factū eſt. dum bn̄dice-
ret eis receſſit ab eis. et ferebat̄
in celū. ⁊ ipſi adorantes regreſſi
ſunt hieruſalem cū gaudio ma-
gno. Quid ni gauderent. dum
iam certiſſimā fide deū cogno-
ſcerent ꝓpria virtute aſcēdentē.
cui⁹ hūanitati tam dulciter ad-
heſerunt. Dum iā ſe fruſtratos
nō eſſe ſcirent. qꝛ dn̄m celi fore
iam nō dubitarūt. quē in terris
relictis oībus ſunt ſecuti. ¶
¶ Spes etiā noſtra hac domi
aſcenſiōe plurimū eſt roborata.
Nam quo p̄ceſſit gloria capitꝭ.
eo ſpes vocat̄ et corꝑis. ait Leo.
Ideo enim noſtram naturam
in ſuo corpore leuauit in celum.
⁊ nos ad ſe in fine leuaturum ꝓ
miſit. Ait em̄ nunc. Si abiero
et prepa ⁊c. quatin⁹ ꝑ ea que cog
noſcim⁹ p̄ſtita. diſcam⁹ ſperare
ꝓmiſſa. ⁊ dei quoqȝ nr̄i p̄teritā
p̄ſentēqȝ bonitatē quaſi futuro
rū teneam⁹ cautōʒ. Hinc leo ſer
mone qui incipit hodierno die
ait. Ille ꝑ quē factū eſt celum et
tra. ꝓpt eū quē fecit de terra de
ſcendit in terrā. ⁊ in celū hinc le
uauit terrā. Neq̊ in illo p̄ceſſit.

in fine ſpem⁹. Reddet nob qđ
pmiſit. ſecuri ſim⁹. cautõʒ fecit
Plus em̄ eſt ꝙ iã impendit nob
Putam⁹ cũ nõ redditurũ vitã
ſuã qui ꝑ nob iã erogauit mor-
tem ſuã? Hũilitatẽ paſſiõis. in
iurias. ꝯtumelias oẽs indigni-
tates in terra ſuſcepit ꝑ nobis.
regnũ. felicitatẽ. imortalitatẽ n̄
dabit nob. mala nr̄a ꝑtulit. bo
na ſua nobis non donabit. Ad
hãc ꝗ ſpem (qꝛ ꝑmiſſoꝛ verax ẽ)
ſecure ambulem⁹. Sʒ ſic viuã⁹
vt bona fronte illi dicam⁹. Feci
mus qđ iuſſiſti. redde qđ ꝑmi-
ſiſti. Hec ille ¶ Inflãmata
eſt demũ ꝑ dñi aſceſiõʒ. caritas
aplõꝝ. ⁊ cũctoꝝ xp̄i fideliũ. Do
mino ſiq̄dem in terra poſito et
corꝑaliter ꝯuerſante cũ eis. nõ
valebant ipſi erigere mentẽ ad
celeſtia ac diuina. Attñ neceſſe
erãt aplis tanq̄ʒ hoibus mũda-
nis ⁊ carnalib⁹. q̃ vt Bern̄. ait.
ſmo. qui incipit. Hodie ſeden̄.
ad fidei intellectũ ſine aliq̄ ꝑmo
tõe affectus nõ poterãt ꝑmoue
ri. nec plene ad ſpũalia aſſurge-
re. ideo exhibuit eis verbũ in car
ne. et in ſue carnis ꝓuocabat af
fectũ. vt amore quodã humano
homĩ operanti mira. mira loq̄nti
adhererẽt. Amore vtiq̄ʒ carnali
adhuc. ſʒ tam valido vt ceteris
oib⁹ ꝑualeret Ita nimiꝝ h̄ erat
ille moyſi ſerpens. qui ſerpentes
magoꝝ omnes ꝑiter deuorauit
Exod. 7. Vñ et apli dixerunt.
Ecce nos r̄liqui⁹ oia ⁊ ſecuti ſũ⁹
te. Matt. 19. Ad h̄ itaq̄ʒ carnẽ
ſuã eis ꝓpoſuit. vt oẽm cogita-
tũ ſuũ ab hũanis reb⁹ ad carnẽ
ſuã adunitã de carne trãſferret
ad ſpm̄. qđ plene fieri nõ potu-
it. niſi aſpect⁹ ſbtraheret carna
lis. qꝛ ipa p̄nte. ab ei⁹ dulci ꝯuer
ſatõe ſic ab vberib⁹ infans auel
li nõ poterant. Sr̄e v̄bo ſpũalis
plenitudinẽ ait Bern̄. occupata
mẽs nõ admittit. nõ recipit ani
mus. nõ capit affect⁹ Aſcendẽte
aũt xp̄o in celũ ac corꝑalẽ ſubtra
hẽte aſpectũ. ſic ait Beda in o.
dñice. cantate. ⁊ illi ꝑiter omne
deſideriũ ſuũ illo transferebãt
iuxta h̄ ꝙ alibi audierãt. Ubi eſt
theſaur⁹ tuus ibi ⁊ coꝛ tuũ erit.
Inflãmabat̃ ꝗ affect⁹ aplõꝝ. ve
rius inouabat̃. dũ ablato ab eo
rũ oculis qđ diligebãt carnalit̃
iam ad celeſtia ſuſpirabãt. deſi
derãtes tã adherere forme ſui.
q̄ʒ adherere diuo ſpũi ¶ Ex
q̃ illud libeat aduertere. q̄ntum
errãt hoies iſti q̃ ſpũalẽ ſſ. ꝯſola-
tõʒ. expectãt ⁊ nihiloi⁹ caris ſue
ac mũdi ſolacijs fruũt. Putãtes
ſil' ſuire carni ⁊ ſpũi. mũdo ⁊ xp̄o
mãmone ⁊ deo. ⁊ ita in vtrãq̄ʒ ꝑ
tem. vt Helias loquit̃ claudicã
tes Cõtra q̄s ita dt b. Bern̄. ſ.
quo s̄. Amant inquit in carne
ſua terrenas ꝯſolatõnes. ſiue in
v̄bo. ſiue in ſigno. ſiue in facto.
aut aliq̃ alio. ⁊ ſi hoc interrũpũt
aliqn̄. nõ tñ abrũpunt Inde eſt
ꝙ raro affectões ſuas dirigunt
in deũ. ⁊ coꝝ ꝯpunctio. nõ ꝯti-

nua ſed horaria eſt. Impleri aũt
viſitatõibus diuinis aĩa q̃ hijs
diſtractõibꝰ ſubiacet nõ poteſt
⁊ quanto magis illis euacuabit̃
tanto amplꝰ illis implebit̃. Si
multũ multũ. ſi parũ parũ. Uel
forte ſi magis ꝓbas. nunq̃ȝ ille
iſtis miſceri poterunt in eternũ
quia vbi vaſa vacua nõ inuenit
oleum ſtare neceſſe eſt. 4. Reg.
4. Nec mittunt vinum nouum
niſi in vtres nouos vt ambo ꝯſ
uentur Lu. 5. Ita nec ſpiritus ⁊
caro ignis et tepiditas in eodẽ
domicilio ꝯmorant̃. Et in alio
ſmõe ait. Errat oĩno ſi quis ce
leſtem illam dulcedinẽ huic cine
ri. diuinũ illud balſamum huic
veneno. cariſmata illa ſpũs mi-
ſceri poſſe hmõi illecebris arbi-
tratur. Quis em̃ de cetero fan-
taſticis quibuſdã illecebris de-
ditus. ſectans lenocinia carnis
ſue. carnis vtiqȝ peccatricis In
peccatis genite. nutrite et aſſue
te. ꝑiter expectare ꝑaclitum. ſu-
perne viſitationis ꝯſolatõe vo-
luptatis illum torrentem et gra
tiam ſpiritꝰ vehementis audeat
quam apoſtoli dñice carni. car-
ni verbi adherentes. que ſola
ſancta quia ſancti ſanctoꝝ erat
ſola pudica. et caſta Sola omi
honeſte ꝯuerſatõis gratia reple
ta. teſte veritate recipe nullate-
nus potuerũt Decipit̃ reuera q̃s
quis talis fuerit. niſi prius car-
nalibus ꝯſolationibꝰ funditus
renunciare tentauerit Nõ ſi in
ceperit triſticia implebit cor eiꝰ
ſed ſi ꝑſeuerauerit triſticia ſuã
in gaudium ꝯuertetur. Hec ille
Hinc doctrine multiplices pro
eis q̊ ꝯtẽplatiue vite ſe deuouẽt
hauriri poſſent. Ad cuiꝰ iõ pau
ci ꝑueniunt ꝑfectõem. qꝛ pauci
carnalium conſolatiõm ample-
ctuntur plenam ac ꝑſeuerantem
mortificatõem. quod tamen ṗn
cipium eſt huius vite. ☞
K ¶ Ex quibus omnibus patet
nihil nobis obfuiſſe ſed ꝓfuiſſe
valde dominicã aſcenſionẽ. qui
et ſi a nobis eleuatus eſt corpore
pñs tñ eſt ſpũs ſui gratia et om
nipotẽti deitate. que tãto in no
bis oꝑari ꝑualet efficacius. quã
to ab omni carnali amore nos
inuenit euacuatos. Hinc de ſua
carne. Joh. 6. ait. Spiritus eſt
qui viuificat. caro nihil prodeſt
Hic niſi intus ꝯſoletur. niſi in-
tus doceat. nihil ꝓderũt verba
aut ꝯſolatio foris. etiam a cor-
pore corꝑaliter audita vt ꝓbat
Greg. ome. 30. Eleuatus eſt g̃a
nobis. corꝑe. nõ ꝯſolatõe vncti
one. vt ⁊ nos eleuemur a t̃renis
deſiderijs et ſequamur xp̄m ag-
num imaculatũ quocunqȝ ierit
Sequamur deſcẽdentẽ. ſequa
mur pacientẽ. ſequamur reſur-
gentẽ. ſequamur multo libentiꝰ
aſcendentẽ. Humiliet̃ noſtra p̄-
ſumptio. vetꝰ hõ pcti crucifigat̃
cum illo. et quõ ille reſurrexit a
mortuis ꝑ gl'iam p̄ris. ita ⁊ nos
in nouitate vite ambulemꝰ. Re

ſurrectiōis deniq3 dignitas lo-
cum exigit altiorem. ſequamur
ergo in celum aſcendentē. q̄ ſur-
ſum ſunt querentes. nō que ſup
terrā̄. vbi ille ſedet ad dextrā̄ di
pr̄is. quo nos pducat rc̄. Amē.

## In feſto penthe. Ser-mo. I. In ordine. XXXII

Spiritus dn̄i repleuit or-
bē terrarū Sap.
j. A Adeſt nobis dies ce-
leberrima. feſtiuitas eximia. ſo-
lēnitas adoranda. exultēt deuo
tā fideliū corda. qm̄ aduenit ho
die ignis ille diuin⁹. nō ↄburēs
ſed illūians. nō ↄſumēs. ſ3 ppa-
ta diſcipl'orr corda diuino amo
re inflā̄mans. tranſformā̄s. dei-
ficans. qui niſi iocūdiſſimo ↄſo
latorioq3 ſuo aduētu ſpūales fa
ceret q̄s inhitat. nō fieret ſalua
oīs caro Caro ſiq̄dem ꝛ ſanguiſ
regnū dei poſſidere nō pn̄t. neq3
corruptio incorruptelā̄ poſſide-
bit. i. Cor. 15. Si q̄s ſpm̄ xp̄i n̄
habet. h nō eſt ei⁹ Ro. 8. Hinc
audacter pnuncio. q2 nulli p̄ſen
tis tēpis feſtiuitati hec inferior
aut ſcd̄a dici poterit. qua ſſ. ter
cia ſūme trinitat3 pſona ꝑtus ex
alto miſſus ē. vt diſcipulos xp̄i
q̄s aſcendens carnales reliq̄rat.
ſpūales efficeret. ac celeſtiū do-
norr theſaur3 ſupfunderet ꝛ di-
taret Si nā̄q3 ex p̄ncipio mittē
te ſcilicet et miſſo feſti hui⁹ ex-
cellentiam penſare libuerit. pro
fecto maximum fore patet. quo
niam a patre et filio immo ā ſe
ipſo miſſus eſt ſpiritusſanctus
eidem patri et filio per omnia
coequalis. In trinitate em̄ ait.
Auguſtinus. in ſerm ōe. huius
feſtiuitatis qui incipit Diſceſ-
ſurus Non minus aliquid aut
maius. quia ſi in deum aliquid
minus dicitur. impfecta diuini
tas accuſatur. Si finē intuebi
mur. qδ eſt bn̄ficium nobis col-
latum. iam nō ſolū pitatem ſed
eminentiā̄ quandā̄ ſup cūcta fe-
ſtorr ſolennia cognoſcemus. In
alijs feſtis vel impedimēta ſub-
lata. vel bona ſpiritualia nobis
recolimus p̄parata In iſta vero
p ſpm̄. ſ. nobis ſūt infuſa. vnde
btūs. Greg. cōparā̄s ad inuicē
feſtū dominice incarnationis et
penthe. ait. in ome. Penſate fra
tres dilectiſſimi poſt incarnati-
onē vnigeniti filij dei qualis ſit
feſtiuitas hodierna de aduentu
ſ. ſancti. Sicut em̄ illa. ita ꝛ hec
eſt honorabilis. In ip̄a quippe
deus in ſe pmanens ſemetipſum
creauit hominē. in iſta vero ho
mines deſup venientem ſuſcipe-
runt deum. In illa deus natura
liter factus eſt homo. In iſta ho
mines per adoptionem facti ſūt
dij. In illa ideo vſq3 ad noſtra
infirma deſcendit. vt ī hac nos
ad ſua excelſa exaltaret.

Et b. augꝰ in ſ. qui icipit. San
ctitati vr̄e. inq̇t. Saluator nr̄
victor dyaboli cū pꝰ triumphū
celos aſcendit. diſcipulos q̄z li-
berauit captiuitate. etiā bn̄di-
ctōe ditauit. Liberauit aūt nos
cū ad reſurgendū p ſeipm̄ tarta
ra nobis apuit. Ditauit nos cū
ad regnanð p paclitū nobis ce-
leſtia reſerauit Quibuſdam em̄
q̄ſi pfectuū gdibꝰ tunc ð morte
ad vitā didicimꝰ remeare. mō
autē de terra ad celos docemur
aſcēdere. Et vt paucꝫ multa con
cludā. Qia q̄ nobꝫ xp̄c in carne
meruit nō pficerēt. niſi p ſſ. hec
nobis cōicarent Qð etꝫ ex ipſo
effectu declarat Venit xꝰ in car
nē. liberauit p̄dicauit miracula
fecit. paucos tn̄ admodū diſci-
pulos collegit. Erat em̄ turba
hoim ſil' fere. 120. Act. i. ⁊ q̄s iaȝ
collegerat. paſſiōis tior q̄ mðm
redemit diſpſit. Sic ſcriptū ē.
pcutiā paſtorē ⁊c. zach. 13. Iterꝝ
appens pꝰ reſurrectōez collegit.
ſꝫ n̄ ſine eoꝝ timore. Promouit
aliq̄ntulū aſcenſiōe. vt regrede-
rēt cū gaudio in hieruſalē ſꝫ cū
trepidatōe Adhuc em̄ in ꝯclaui
morabāt Sꝫ dū hodierna die
ſ. ſcō ſunt repleti. iā velut pfecti
ꝯſūmati. igniti. pꝰpoſito oi tio-
re. portaꝝ repagula irrūpentes i
publicū pſiliunt. pleni donis ca
riſmatū xp̄m p̄dicant tanta au-
ctoritate vt i vno ſmōe ad fidē
xp̄i tria milia ſūt ꝯuerſi. q̇ et ipſi
oēs in linguaꝝ dono ſſ. ſuſcepe-
runt Ecce ſpūs efficaciā plus in
hodierna feſtiuitate q̄ȝ in q̄cūq;
alia declaratā. vn̄ certiſſime ho
diernā die verificatū credimus
verbum themat; in p̄nº aſſump
tum Spūs dn̄i ⁊c. q̄ vt nos ple
nius intelligere faciat veritatis
doctor. dicāꝰ Veni ſctē ſpūs ⁊c.
Primo tractabit thema gn̄ali
ter. ſcðo inquiret ſpecialiꝰ q̄ ſint
illā donā. q̇bus ſuos dotauit tā
excellenter. Nunc vero hiſtori-
aliter videbimus q̄uo ſpūs dn̄i
hodierna die repleuit orbē ter-
raꝝ. Tercio p intellectu clariori
diſſoluemꝰ paucaꝝ dubia q̄ōm.
Spūs dn̄i re. ⁊c. ¶ B Quā-
uis ſpūs dn̄i idē cum p̄re ⁊ filio
dn̄s. vnꝰ ſolus et verꝰ deus. ab
initio ꝯditōis creature orbē ter
raꝝ ⁊ vniuerſam repleuerit crea
turā. In ipſa em̄ creatōe de ipſa
ſcribit. Gen. i. In p̄nº creauit
deus celū ⁊ terrā. T. a. e. i. ⁊ v. et
te. e. ſ. fa. abiſſi. Et ſpūs dn̄i fe-
rebat ſup aq̄s. Lyra tanq̄ȝ vo-
lūtas artificis ſup materiā q̄uā
formare ⁊ ornare intēdit Et ite
rū Job. 26. Spūs eiꝰ ornauit
celos. Qm̄ et ſi v̄bo dn̄i celi fir
mati ſunt. nihiloiꝰ ſpū oris eiꝰ
omis v̄tus eoꝝ. in fieri. i eſſe. in
ꝯſuari Et deniq; idē ſpūs cum
p̄re ⁊ filio in oibus rebus. vt ait
pp̄ha Iere. 23. Nunq̇d celū ⁊
terrā ego impleo. Impleo quið
potētialiter oia mihi ſubijciens
Preſentialiter oibus localiter
indiſtās Eētialr oim intnſeca

penetrans Qđ attendēs ꝓpħa
ait. Quo ibo a ſpū tuo . aut q̄
a facie tua fugiā Si aſcendero
in ce. tu il. es. ſi deſ. ad in. ad. ⁊c̄
⁊ tenebit me dextera tua pš. 138
Quāuis ğ hec ita ſe habeāt. ho
dierna tñ die ſingulari quodā ⁊
longe excellentiori mō viuifica-
toꝛ ſpūs repleuit oꝛbem terꝛaꝝ.
Non terꝛe illiꝰ q̄ apud pħos fex
elementoꝝ dꝛ et vnica eſt. cui ꝓ-
pter homīs tranſgreſſiōem dn̄s
maledixit ac ſpinas et tribulos
germinare iuſſit. ſed terꝛe rōna
lis ẜm numeꝝ hoīm multiplica-
te. cui hodie benedixit dn̄s ⁊ in
celū tranſmutauit. ſicut Greg.
in ome. dicit. Qui in tante eos
(haud dubiū quin apl'os) celſi
tudinis culmen erexit. q̊d aliud
dixerim. niſi ꝙ mentes terꝛenoꝝ
hoīm celos fecit. Hodie nanqꝫ
50. die dn̄ice reſurꝛectiōis ac pꝰ
aſcenſiōꝫ decima. vniuerſaꝫ nr̄e
redemptōis diſpenſatōeꝫ. dn̄s
nr̄ ieſus xp̄c iam in dextera pr̄is
reſidens ꝯſūmat Dum vt actuū
refert hiſtoria. Omēs diſcipuli
erāt ꝑiter in eodē loco. cenaculi
ſcꝫ ſuꝑioris. quo pꝰ aſcenſiōem
dn̄i regredientes in hieruſalem
aſcenderant. Et factꝰ eſt inq̊t
Lucas. repente de celo ſonꝰ tꝗꝫ
adue. ſpi. ve. et. re. t. d. vbi erant
ſe. Ad ꝑꝛepata em̄ ſibi apl'oꝝ tē-
pla hāc die ſpūſſanctꝰ velut im
ber ſanctificatōꝫ illapſus eſt. nō
viſitatoꝛ ſubitꝰ ſꝫ ꝑpetuꝰ ꝯſola
toꝛ et cohabitatoꝛ eternꝰ Nam
ſic de ſemetipſo āpl'is dixerāt.
Ego vobiſcum ſum omnibꝰ die
bus vſqꝫ ad ꝯſu. ſeculi. Math.
28. Ita etiā de ſ. ſctō. Paracli
tum inq̊t dabit vobis pater vt
maneat vobiſcū in eternū . ſpm̄
veritatis quē mundꝰ nō p̄t acci
ꝑe. Joh. 14. Hic in q̊dam ẜmo.
qui incipit. pꝰ ſingularē d̊t augꝰ
Affuit in hac die fidelibus ſuis
ſ. ſanctꝰ. nō ꝑ grām viſitatōis ⁊
oꝑatōis ſꝫ ꝑ ipam p̄ñtiam ma-
ieſtatꝫ. atqꝫ in vaſa n̄ iam odoꝛ
balſami. ſed ipſa ſuba ſacri de-
fluxit vngēti. ex cuiꝰ flagrantia
latitudinē totiꝰ oꝛbis impleret
et appꝛopinquātes ad eoꝝ do-
ctrinas di fierent ꝑticipes atqꝫ
capaces L Apparuer̄t āt ill'
diſꝑtite lingue tāqꝫ ignis. ſedit
qꝫ ſupꝛa ſingulos eoꝝ. ignis ille.
linguaꝝ figurā hn̄s Repletiqꝫ
ſunt oēs ſ. ſancto Foꝛis viſibili
ter ſpūſſanctꝰ appuit. Intꝰ inui
ſibiliter inhabitās donis ⁊ gra
cījs repleuit Ad hoc autē foꝛis
appuit in ſignis. vt ẜcaret quid
intꝰ oꝑaret̄ in donis. Neqꝫ em̄
ſigna illa. ſonꝰ ipſe aut ignee lin
gue erant ſſ. aut ſſ. ſuppoſitalit̄
vnite. qūo hūanitas xp̄i in v̄bo
Neqꝫ in eis ita viſibiliter ſſ. ap
paruit. quaſi aliq̊d ſſ. videretur
aut videri poſſit. qui ſubā q̄dā
ſumma eſt et ſpūalis . ⁊ coꝛꝑali-
bus oculis penitꝰ inuiſibilis.
Uiſibiliter autē dꝛ āppuiſſe.
qꝛ creature quedā ad coꝛꝑalem
ſenſum apparuerunt. q̄ ſ. ſanctū

inuiſibilem adueniſſe ſignifica-
bant. atqꝫ ſuis naturalibꝰ. ꝓpri
etātibꝰ effectus quoſdā gratui
tos quos in diſcipulis opatꝰ eſt
ſpūſſanctus figurabāt Vñ non
poterāt dicere. ſm ſmōꝫ ꝓp̄eta
tē videntes igneas linguas ſup
apoſtoloꝝ capita. vidiꝰ ſpm̄ſan
ctum. ſicut videntes in hūanis
xp̄m. videbāt verbū patris ſiue
deū Cōicatio ydeomatū q̄ vtra
qꝫ natura i xp̄o ſuas denoīatōs
ꝯcretiuas cōicabant ſuppoſito
hic locū hr̄e ñ pt. ꝓpter defectū
ipoſtatice vniōis. ſignoꝝ viſibi
liū ad ſignatū ſpm̄ſctm̄. de hoc
Leo in ſmōe Augꝰ quoqꝫ. 2. de
t̃nitate. Et mgr̄ diſ. 16. p̄mi mul
ta loquunt̃. Si vero in ſcriptu
ra inuenit̃ viſum eſſe ſpm̄ſanctū
ſicut Math. 3. dr̄. qꝛ vidit ſpm̄
dei deſcendentē ſup columbam
Intelligendū eſt ſic in ſigno vi-
dere dicimꝰ ſignatū vt viſio cor
ꝑalis ad ſignū terminari intelli
gatur. ſꝫ viſio intellectualis ad
ſignatū. ¶ Queris forte.
quod aut quale ſignatū fuerit
hodie appentiū ſignoꝝ Certum
eſt oīa illa vnius ſpūſſancti p̄ſen
tiā rep̄ſentare. ſed et multiplices
eius ſalutares effectꝰ. Nam ig-
nis ſup ſingulos ſedens apl'os.
Hunc ignē accendiſſe ſinguloꝝ
corda demōſtrabat. De q̄ apl's
ad Hebre. 12. Deus nr̄ ignis cō
ſumens eſt. qꝛ ꝑ hūc rubigo pec
catoꝝ ꝯſumit̃. vt dicit Greg. in
ome. De quo etiā in ſmo. Aug.
qui incipit. In hāc ſolēniſſima
ſcribitur. O ſalutarꝫ ignis quē
in ſuis accendere cupiēs electis
clamabat filiꝰ maieſtatis Ignē
veni mittere in terram Et quid
volo niſi vt accendat̃ Luce. 12.
O inquā ſalutarꝫ ignis cremās
ſtipulam pctōꝝ. choruſcans flā-
mam virtutū Et ſm Grego. in
ome. Bene in igne appuit ſ. ſan
ctus. qui ab omni corde q̄d re-
plet torporem frigoris excutit. ⁊
hoc in deſiderio ſue eternitatis
accēdit In igne ḡ ſup apl'os ap
paruit. quos viui fontis luce ꝑ
fudit. vt ipſi poſtmodū vniuer-
ſum mōm tanꝗ̄ duodecim ſolis
radij ac totidē lampades veri-
tatis illuminēt Ob h̄ quoqꝫ lin
gue figuram ignis iſte habuit.
qꝛ oīm eis linguaꝝ ſcientiam de
dit. qui ꝯtinēs oīa. ſciam habet
vocis. vt ſic internas diuicias
publicaturos. diuerſarum gen-
tium multitudinē. ſuauiſſimo p̄
dicatōis ardenti eloquio cogre
gaturos d̄ſignaret. Propterea
q̄ꝫ factꝰ eſt repente ſonus tanꝗ̄
ve. ſ. venientis. totam domū re-
plentis. qꝛ totū mōm veritatis
eloquio vocibus. virtutū gran-
ditate magnis erant repleturi.
ſicut ꝓpheta dixit. In omnem
terram exiuit ſonꝰ eoꝝ. Et h̄ eſt
q̄d teſte ſcriptura ꝯtinuo execū-
tur. Nā repleti ſ. ſancto ſtatim
ceperunt loqui varijs linguis
magnalia dei. Virtute magna
reddentes teſtimonium reſurre

ctionis ieſu chriſti domini nr̄i.
et omniū operum eius. vt Actu
um docet hyſtoria. Ecce ad q̇d
apoſtoli repleti ſpiritu ſancto. ⁊
viſibilibus ſignis hodie demon
ſtrati ſunt. niſi vt ꝑ eos ab hac
die verbum ſalutis virtute mul
ta ſeminantibꝰ ſpiritus dn̄i re-
pleret orbem terrarū. Is vtiqꝫ
qui ꝯtinens omnia ſcientiã ha-
bet vocis. Tantum de ꝑ̇mo.
¶ Ut aūt eo ardentius huic
feſto inhereamus quo clarius
magnalia dei in eo nobis ꝑ ſpm̄
ſanctum donata cognoſcimus
Libet nunc q̇buſdam q̄ſtiuncu
lis rn̄dere ¶ Poſſet nanqꝫ ali-
quis minus eruditus querere.
Quare tanta feſtiuitate ſ. ſcti
aduentus hodierna die ſolēni-
ſatur. cum tn̄ non hodie ꝑ̇mum
ſed longe an̄ datus cognoſcatᷣ.
nam vt Leo in ſmo. ait. qui in-
cipit. pleniſſime quid. Cum in
die penthe. diſcipulos dn̄i ſpūſ
ſanctꝰ impleuit. nō fuit inchoa
tio huiꝰ muneris ſꝫ adiectio lar
gitatis. qm̄ pr̄iarche et ꝓphete
et ſacerdotes oēsqꝫ ſancti qui ꝑ̇
oribꝰ fuere tꝑibus. eiuſdē ſunt
ſpūs ſanctificatōne vegetati. et
ſine hac gr̄a. nulla vnq̄ꝫ iſtituta
ſunt ſacramēta. nulla ſunt cele-
brata miſteria. vt eadem ſemꝑ
fuerit virtus cariſmatū. q̄uis
non eadem fuerit menſura do-
norum. vn̄. i. Pet. i. Non volū
tate humana allata eſt aliqn̄ ꝓ
phetia. ſed ſpūſancto inſpirati
locuti ſunt dei homīes Hoc de
niqꝫ ſpū oꝑante xp̄c eſt incarna
tus. Hoc obumbrante ꝯceptꝰ.
hoc p̄ cunctis ſuis ꝑticipibꝰ ſuꝑ
menſuram ꝑunctus Hoc in ſpē
columbe appꝑente baptiſatus
¶ Nec huiꝰ potētia virtutis ab
erat a quibuſcūqꝫ opibꝰ ſalua-
torꝫ Si inq̇t in ſpū dī eiiꝗtio de.
ꝓ. v. in u. r. d. Mat. i2. Ipſi de
niqꝫ apl'i. quo ſine h̄ ſpū electi.
quo vocati purgati. miraculoꝝ
ꝟtutem ꝯſecuti ad p̄dicandum
miſſi. Cum nemo p̄t dicere dn̄s
ieſus niſi in ſpiritu ſancto. 2.
Cor. i2. Ipſis deniqꝫ ſuis diſci
pulis poſt reſurrectiōem dixit.
Accipite ſpm̄ ſanctū q̄ꝝ remiſeri
tis peccata ⁊c̄. Joh. 20. Oēs q̄ꝫ
qui ab initio mūdi crediderunt
in xp̄m hēbant ſpm̄ ſanctū Dicē
te apl'o Rom̄. 8. Si q̇s ſpm̄ xp̄i
nō habet. hic nō eſt eiꝰ. ¶ Iterꝝ
poſſet queri. Quare feſtū hodi
ernū ſpūi ſancto aſcribitᷣ ⁊ non
toti trinitati. Cum tn̄ non tm̄
ſpūſanctꝰ. ſed eqꝫ pater ⁊ filius
diſcipuloꝝ cordibꝰ illapſus die
hodierna inhītauerit. Sic etꝫ
in hodierno euangelio dn̄s re-
promiſit. Si q̇s diligit me ſer.
meū ſua. ⁊ pr̄ meus di. eū. et ad
eū ve. et man. a. ip̄m fa. Et ſeq̇tᷣ.
de ſpū ſancto Paraclitꝰ āt ſpūs
quē mittet pr̄ i n. m. ⁊c̄. De h̄ di.
27. ꝑ̇mi li. Neqꝫ viſibilia ſig̃ lin
gue ignee ſcꝫ plus ſſ. q̄ꝫ pr̄em et
filium repreſentant. quia nō ſo
lum de ſpiritu ſancto. ſed de

tota trinitate dicit apl'ſ Etem̄
deus nr̄ ignis conſumens eſt.
¶ Et ſimiliter tercio queri poſ
ſet. cur donoꝝ cariſmata ſpūi
ſancto tanq̄ꝫ datori attribuant̄
ita vt etiā dona ſctiſpūs dicant̄
cōiter. cum tn̄ trinitatꝭ opa ad
extra penitꝰ ſint indiuiſa. ſicut ⁊
ſuba eſt indiſcreta. et omēs effe
ctus ad extra ꝓducti non ſunt
magis ab vna pſonaꝝ q̄ꝫ ab alia
f ¶ Ad haꝝ q̄ſtionū ꝓmam re-
ſpondendo. ꝓmū ex eiꝰ ꝓpōne
intelligimꝰ. qꝛ quanto freq̄ntiꝰ
ſcriptura ſancta ſpm̄ teſtat̄ miſ
ſum. ac omnē vniuerſal'r in omi
bus opatū ſalutē. tanto maiori
gloria hodierna refulget ſolēni
tas et exultatiōe. Erant em̄ vni
uerſa ſpūſſancti donorum cariſ
mata ab initio mōi nob̄ ipenſa
ſolenni memoria cum gratiarū
actione deuotiſſime recolenda.
Sed quo die ꝯuenientiꝰ q̄ꝫ eo
quo hunc datum fuiſſe conſtat
euidētius. generalius. copioſiꝰ.
quod factum hodierna die con
ſtat. Hodie nāqꝫ viſibiliter miſ
ſus eſt ſpirituſſanctꝰ vt dictum
eſt. quod in toto vete. teſta. nun
q̄ꝫ factum legitur. vt declarat
Augꝰ. 4. de trini. Neqꝫ enim
decuit ſignum pleitudinis gra-
tie exhiberi viſibiliter. ante tem
pus plenitudinis gratie. quod
a chriſti aduētu incepit. vt vult
apoſtolus Galla. 6. Sed neqꝫ
an̄ hunc diem viſibil'r miſſum
legimus ſpm̄ ſanctum in no. teſ.

niſi ad xp̄m in ſpecie columbe et
nubis lucide. Inuiſibiliter vero
frequentiſſime ab initio mundi
credimus miſſū ¶ Sed cum ec
cleſia ſimul et ſcriptura creber-
rime rē dicit aut recolit fieri cū
innoteſcit ( ꝓpter qđ. apl'us di-
cit xp̄m ꝑ obedientiā paſſionis
exaltatū in reſurrectiōe. et acce-
piſſe nomē qđ eſt ſuper oē nomē
quo vocabat̄ deus. qđ tn̄ habu
it homo chriſtus ab inicio ꝯcep
tionis. ſed in reſurrectione in e-
uidenti poſitū eſt vt ſcirēt homi
nes et demones. Et ſm̄ hūc tro
pū dn̄s dixit. Math. vlti. Da-
ta eſt mihi omnis ptās in celo et
in terra. poſt reſurrectionē. quā
tn̄ prius habuit ſed in reſurrecti
one fuit manifeſtata Ob eandē
cauſā maiori ſolēnitate colit ec-
cleſia feſtū natiuitatis xp̄i q̄ꝫ in
carnationis. eo q̄ꝛ tūc xp̄i incar-
natio prius in vtero virginis fa
cta apparuit incorrupta natiui-
tate. Ideoqꝫ hodie colit miſſio-
nē ſ. ſancti tanq̄ꝫ ꝓmo factā. qm̄
ꝓmo euidentibꝰ ſignis facta ho
minibꝰ declarat̄ ¶ Eſt q̄ꝫ miſſꝰ
hodie generaliꝰ. qꝛ oībus diſci-
pulis. 120. et 3000. ꝑ ꝑ̄dicationē
petri hodie ꝯuerſis. qui ⁊ ipi ꝯ-
tinuo ceperūt loqui linguis. ita
vt nō dubitet̄ ꝓphetia. Johel.
ipleta. quā hodie allegabat pe-
trus. Erit in nouiſſimis diebus
effundam de ſpiritu meo ſuper
omnē carnem. Et ꝓphetabunt
filij veſtri et filie veſtre.

De hoc Beda in omel. de vigi-
penthe. Miſſus quoqȝ eſt ad
vtilitatē nō vnius gentis ſȝ vni
uerſi orbis in vnitatē fidei colli
gendi apl'oꝝ p̄dicatōe. ideo ipſi
oīm linguis grādi ꝛ inaudito lo
q̄bant miracl'o. ꝓpter qđ q̄ erāt
in hieruſalē ex omi natiōe q̄ ſub
celo eſt. ꝯueniebāt ꝛ audiebant
ꝛc. Ac. 2. Miſſus ḡȝ fuit hodie
in donis copioſi⁹. nā ſm Durā
dū in ſuo ꝑmo diſ. 16. Miſſio
viſibilis fit ꝑncipal'r ad ſcandū
plenitudinē gr̄e in eo cui fit. ꝛ h̄
ſm ꝙ p̄t in alios redundare.
S C Alioꝝ dubioꝝ ſolutio ab
vno dependet fundamēto. Nā
intellecto cur dona hodie miſſa
ſpūiſancto approꝑenť. ſatis pꝫ
q̄ꝫ ꝯgrue feſtū hodiernū ſſ. aſcri
batur. Quāuis ḡ vt Leo ait in
trib⁹ ꝑſonis ſumme trinitatis.
nec ſubē nec potētie. nec volūta
tꝫ nec oꝑatiōꝫ ſit vlla diuerſitas
ſȝ hui⁹ beatiſſime trinitatꝫ incō
mutabilis deitas. vna eſt ſubā.
indiuiſa oꝑe. ꝯcors voluntate.
par oīm potētia. equalis gl'ia.
Ne tn̄ fidelium ꝯfeſſio in trini
tate erret. vt veritas trinitatꝫ in
ſinueť. quedā ꝑ ꝓprietatē vel ap
proꝑatōeȝ pr̄i. quedā filio. q̄dā
ſſ. attribuūť. que tn̄ nō ita diui
dit intellect⁹. ſicut diſtiguit au-
dit⁹. Si eñ oīa hec de trinitate
inſeꝑabiliť dicerenť ſicut ipa in
ſeꝑabilis eſt. nunq̄ȝ intelligereť
trinitas eſſe. Sic ḡ opus creati
onis pr̄i. Opus repatōis filio.
Op⁹ ſanctificatiōis ſpūiſancto
attribuiť Nā in oꝑe creatōis re
lucet potentie infinitas. In oꝑe
repatōis qua nos filius a ptāte
dyaboli liberauit in aſſumpta
hūana natura. ꝛ debitū nr̄m ſol
uēs. ac ſpentꝫ aſtutias deludēs
relucet ſapia In oꝑe vero ſancti
ficatōꝫ bonitas diffuſiua Potē
tia aūt pr̄i. ſapia filio. bonitas
ſſ. approꝑatur ſm mgr̄ꝫ. diſ. 34
ꝑmi h C Poſſum⁹ tn̄ ſi ocu-
lati⁹ rem inſpicim⁹ aliā funda-
mētaliorē hui⁹ approꝑatōis red
dere rōem Nā opus ſanctifica-
tōis aīe fit ꝑ infuſionē graꝝ do
noꝝ ꝛ virtutū. quas nob infun
di meruit xp̄c i ſua paſſiōe ꝛ mor
te benedicta. In his aūt donis
diuinitas ipſa mentib⁹ noſtris
illabitur. ꝛ ſeipam ex incōp̄rehē
ſibili amore nobis donat ſic trā
ctať diſ. 14. ꝑmi. ꝛ. 37. ꝑmi. Ea
ḡ que liberaliſſimo nobꝫ amore
donāť. cui recti⁹ attribuūť ꝑſo
ne in trinitate. q̄ꝫ ei que ꝑ modū
amoris ꝛ volūtatis amantis ad
intra ꝓcedit. Hic eſt ſpūſſ. ſicut
ait Aug⁹. 4. de trini. Sic natū
eſſe ē filio a pr̄e ꝓcedere. ſic ſpūi
ſancto donū eſſe dei eſt a pr̄e ꝓ-
cedere et filio. Quecūqȝ in nob
deus liberaliter ad nr̄am ſalu-
tem oꝑatur ſiue remittendo cul
pam. ſiue infundēdo gr̄am. ſiue
largiendo virtutes ꝛ dona. imo
dando ſeipm. qđ eſt donū ſuper
omne donū. quāuis q̄ tota tri-
nitas oꝑatur. recte tn̄ ſpūiſctō

ꝑ approꝑatōem que dicta eſt āt
tribuūt. Jō etiā xpi incarnatio
q̄ maximi amoris ⁊ diue libera-
litatꝭ opus extitit ſpūi ſctō tāq̃
auctori attribuit̃. ſic̄ Matth. j.
dr̄. qđ em̄ in ea natum eſt. de ſſ.
eſt. Et in ſymbolo. Qui ꝯcept⁹
eſt de ſſ. Et ꝓpter idē hodierna
feſtiuitas. in q̄ viſibilib⁹ ſignis
cariſmatū infuſio. atq̃ aduētus
toti⁹ trinitatꝭ p. f. ⁊ ſſ. in aīas di
ſcipuloꝝ oſtenſa eſt. ſſ. cui tota
illa opatio attribuit̃ dedicatur

¶ Nō tñ ita accipiendū eſt. q̄ſi
ſ. ſ. nō pr̄ et filius ſit hodie colē
dus aut min⁹ ſ. ſancto adoran-
dus. Neq̃ em̄ feſtiuitate ſepan
tur quoꝝ eſt vna eadēq̃ adora
tio. Sic em̄ vna dinaꝝ ꝑſonaꝝ
ſine alt̃a cog̃ſci nō pt. nec amari
nec frui. vt vult Aug⁹ ꝑ° de tri.
c. x. tractans illud Joh. j4. phi
lippe qui videt me. ⁊ Beda. in
ome. dn̄ice q̄ dr̄ Uocē iocūdita
tis. ita nec vna ſine altera debet
adorari. Sed vna eadēq̃ ado
ratōe latria pr̄em colim⁹ ⁊ filiū
⁊ ſpm̄ ſctm̄ Et ita quidē ſꝑ faci
m⁹ de facto. q̃uis forte nō ſꝑ at
tendam⁹ actu Semꝑ aūt atten
dim⁹ hitualiter Quauis em̄ q̇s
iam cogitādo de pr̄e ꝓꝑo ꝯcep-
tu. forte nō cogitat de ſſ. ⁊ ſic pa
trē adorat nō cogitans actu de
ſpū ſancto. habitual'r tñ ⁊ ſpm̄
ſanctū adorat. q2 ſi de eo ꝑ ꝯcep
tum ꝓpriū cogitaret vtiq̃ ado-
raret ſimul cū pr̄e. alioquin erra
ret nimiū. qui cū deliberatōne
ab adoratōe pr̄is ſecerneret fili
um et ſpm̄ſanctū ⁊ ecōuerſo. Et
ſm̄ hoc dirigēda eſt intentio in
orōibus illis. q̄ aliqn̄ ordinant̃
a ꝓꝑatōe quadā ſpēali ad pr̄em.
alie ad filiū. alie ad. ſſ. vt ſcilicet
ita actualiter intentio ferat̃ ad
pr̄em. vt tñ hitualiter in filiū et
ſpm̄ſanctū.

¶ Per idē dr̄
ꝙ ſigna illa viſa. lingue ſcꝫ ignee
ꝑncipal'r ꝑcabant effectū dei in
apl'is cauſatū. et ꝑ hoc pn̄tiā di
Sicut ḡ effect⁹ illi approꝑant̃
ſ. ſctō. ita et ſigna ꝑ approꝑatōꝫ
ſſ. ꝑcabāt. q2 ignis amorē ꝑcat
Amor autē ſpūi ſancto approꝑ-
atur. ⁊ ideo ignis eodem modo
ſpm̄ſanctū ꝑcabat Et ſic ptꝫ du
bioꝝ ſolutio Et tm̄ de ꝑmo arti
culo. Scđm articulū ſequens
ſmo ꝓſeq̄tur đ donoꝝ collatōe.

¶ Sermonis primi de
pentheco. ꝑs ſcđa In or-
dine. Sermo. XXXIII

Spiritus
dn̄i repleuit or-
bem terrarū vbi
ſupra. A Omnipotēs ds
volens ſuam bonitatē ad extra
creature cōmunicare. a ꝑncipio
tꝑis ſpūalem creaturā ꝓduxit
ſimul et corporalem. vt tangit
Mgr̄ ꝑma diſt. 2. et Geneſ. j.
originaliter. Sed quia dei per
fecta ſunt opera. vt operi ſuo
nihil deeſſet. nec vlla poſſibi-

lis creatura ſaltem ſm gen us.
ꝑpetuo ſub nihilo lateret creatu
ra ex vtroqȝ. corpe ſcȝ et ſpū mix-
tam vel ꝯpoſitā ad eſſe vocauit.
hominē ſcȝ. cuius corpus de ter
ra finxit. ſpm̄ vero rationalē de
nihilo creans. corpi inſpirauit.
atqȝ terre incolā fecit hac lege. vt
caro ſpūi ſeruiret et tanqȝ ancilla
dn̄e obediret. ſpūs vero deo ad-
hereret ſubiectōe et amore. quē
vt creatorem ſuū nouerat infuſa
ꝯgnitione. Sicqȝ tandē totus
homo trāſferretur in celū. cū cre
atore ſuo felicitate ꝑpetua gaui-
ſurꝰ. Et vt ſine difficultate caro
ſeruiret ſpūi. data eſt originalis
iuſticia. ꝑ quā tanta ꝯcordia ca-
ro ſpiritui ſubeſſet. vt ſine mole-
ſtia. imo delectabiliter ſpūi obe-
diret. magis qȝ ea que ſpūs dic-
tabat etiā ſenſū delectabant. qȝ
obiecta ꝓpria Per h̄ deniqȝ ſub
lata ēet. oīs rebellio ſenſꝰ carnis
aduerſū ſenſū rationis ❡ Sed
cū ſuaſu ſerpentis. ſpūs dn̄i cre-
atorē ſuū reliquit. factus inobe
diens atqȝ mādati tranſgreſſor.
originali iuſticia ꝑdita. caro qȝ
ſpiritui rebellabat. q̄ carnꝫ ſunt
delectabāt. ac q̄ ſpūs ſūt crucia-
bāt. ita vt iā nō mō nō obediret
ſȝ etꝫ repugnaret ⁊ totꝫ conatibꝰ
ſibi ſpiritum ſubiugare et ſuis
delectatiōibus obruere non ceſ
ſaret. ❡ Et quia ſm Augu. liᵒ.
19. de ciuita. dei. Nemo eſt qui
non pacem amet. ne ſemꝑ cum
carne ſua (quā vt apoſtolꝰ ait ad
Ephe. 5. Nemo vnqȝ odio ha-
buit) tanta ſentiat bella. ſue di
gnitatis oblitus. carni condele
ctatur. obedit. ſeruit. ſicqȝ to-
tus homo effectus carnalis. ſpi
ritualia faſtidiendo contra dei
ordinationem. Damnationi ꝑ-
petue ſe ſubegit. ❡ Cum er
go deus qui ſpiritus eſt. ab ho
mine animali iam amari nō po-
tuit vt ſpiritus. carnem (ſed nō
viciatam. nō rebellantē. ſȝ ſpūi
ꝑ oīa ꝯſentientē) induit. oculis
hominū obiecit. vt a carnalibꝰ
deus (incarnatus et viſibilis fa
ctꝰ) amaret. Qđ et factum eſt.
nam magno dilectiōis feruore.
dn̄o diſcipuli adherebant. qđ
fuit initium qđdam amoris dei
ſed imperfectum nimis. quoniā
et amor ille ad huc erāt carnalis
vt vult. Bern̄ ſermōe. de aſcen.
Reſtabat igitur vt ſoluto debi-
to noſtro in aſſūpta carne. ꝓmo
tiſqȝ iā aliquantulū diſcipulis.
ꝓficerentur. vt nunc nō carnali
ter ſed ſpiritualiter deū dilige-
rēt. ſine qua nō ſufficeret. quid-
quid in carne dominꝰ exoluiſſet
❡ Pro iſto vero neceſſariū
erat tantis donis et virtutibus
ſpiritum hominis roborari. q̄ti
nus ita ſpiritus ſubiugaret ac
vinceret carnem. ſicut prius ſpi-
ritum vicit caro Sublata ergo
xp̄i in celum ſui forma. Hodier
na die miſit a pr̄e ſpiritū ſanctū
nō carnis ſed ſpiritꝰ ꝯſolatorē.
ſigᵒ qdē viſibili ſȝ ope inuiſibili

quo terrenū hoiem ſpūalem effi
ceret. atqꝫ ad carnē vincendā. et
fortiter ſibi inherēdū. donis in
funderet copioſis. ſm verbū du
dum a ſapiēte ꝓmiſſum. Spi-
ritus dn̄i repleuit orbem terrarꝫ
De quibꝰ effuſis donis nūc di-
cendū ꝑ grā Aue maria. B
¶ Quantum ad ſcd̄m ſmonis
ꝑcedentis articulū heri reſuatū
videndū eſt quibꝰ donis orbem
terrarū dn̄i ſpūs repleuit. Et q̀-
dem dictū eſt. qm̄ quecūqꝫ dona
ad ſalutē ꝯſequendā nccīa a ſpū
ſancto ſunt. ꝓpter qḋ orbē ter-
rarꝫ repleſſe dr̄. qꝛ nihil eſt quo
terrenꝰ homo indiget vt celi ha
bitator fiat. qḋ non abunde tri
buat ſpūſſanctꝰ. nā ipſe nos fa
cit declinare a malo. ipſe nobis
tribuit facere bonū. vt late oſtē
dit Bern. ſmōe pͦ huiꝰ feſti In
quibus ꝯſiſtit omīs iuſticia ad
vitā prepatiua. ¶ Uerꝫ qꝛ vni-
uerſa que nobis ſpūſſanctꝰ tri-
buit cariſmata nūero ꝯphendi
nō poſſunt. ad ſeptenariū dono
rū nūerꝫ in genere reducunt. Et
qꝛ ſeptem. nūerꝰ eſt vniuerſitatꝪ
eo ꝙ ſeptē diebus vniuerſum tē
pus reuoluit. vt dr̄ Greg. ome.
j6. in ezech ¶ Et qꝛ illis ſeptem
donis vita homīs i terra ꝑegri-
nantis ad ſalutē ſufficiēter ordi
nat. ea ꝓpter ſeptiformis ſpūs
noīatur Unde canit eccleſia. tu
ſeptiformis munere. et Greg.
ſupˀ ezech. ome. j9. ꝑ ſeptiformē
ſpūſſancti grām. aditꝰ nobis vi
te celeſtis aperitur. Annumerat
hec Iſa. ꝓpha. c. xi. loquens de
flore qui ꝓceſſit de radice ieſſe.
hoc eſt xpc dn̄s de maria virgīe
ſupˀ quē ſpūſſanctꝰ ſm omnē ſui
plenitudinē. nō ad menſurā req
eſcit Joh. j. ſꝫ ipſiꝰ ꝯtentus ma
ſione pectoris. Ait em̄ egredietꝰ
virga de radice ieſſe. ⁊ flos de ra
dice eius aſcendet. ⁊ requieſcet
ſuper eum ſpiritus domini. ſpi-
ritus ſapientie. et intellectus.
ſpiritus conſilij. et fortitudinis
ſpiritus ſcientie. et pietatis ⁊c̄.
¶ A Hec dona multiplici ſep
tenario in ſcriptura ſūt figura-
ta Judicū. j4. ſeptē crinibus in
capite ſamſonis. quibus manen
tibus ꝑualere nō poſſūt philiſtei
eis ſᷓo abraſis debil' homo red-
ditur ⁊ ad reſiſtenduꝫ hoſtibus
infirmus. eo ꝙ eis ſublatis ab a
nima pugnatorū dn̄s ſimul rece
dit. Item ſeptē filijs iob. Job. j
ꝑut exponit. Greg. j. mo. ſeptē
quippe nobis filij naſcuntur. cū
ꝑ ꝯceptionē bone cogitationis.
ſancti ſpūs i nobis virtutes ſep
tem oriūtur. Item ſeptem gra-
dibus quibꝰ aſcendebatur ad
portam templi. Ezech. 40. ſicut
ait. Greg. ome. j9. in ezech. Se
ptem gradibus ad portā aſcēdi
tur. quia ꝑ ſancti ſpūs ſeptifor-
mē gratiā aditus nobis vite ce-
leſtis aperitur. Item in. Apo.
.j. Septem ſtellis in dextra xpi
quia pſentem vitā illuminant q
nocti recte cōparatur. et ꝓpter

aduerſitates q̇bus plena eſt ⁊ ꝓ
pter tenebras duplices culpe et
ignorantie q̇bus abundat Hee
aūt in dextra xp̄i eſſe dicunt. qꝛ
in ſua poteſtate ē dare cui volue
rit. ⁊ dona et donorum auctorē
ſſ. Sicut ipe ait. Joh. 15. ſpm̄
ꝑaclitū quem ego mittā vobis a
patre. Unde et chriſtus dexte-
ra patris dicit. ſ. ſanctus autem
huius dextre digit⁹. Dextra em̄
imediate a corꝑe dependet. di-
gitus ab eo mediāte dextra. ita
filius a ſolo patre eſt. ſ. ſanctus
aūt a patre et filio. Multe ad
idem poſſent aptari figure. ſed
iſte exemplariter poſite nūc ſuf-
ficiunt D ¶ Quō aūt omnia
que ad vitam ſunt neceſſaria ad
hec dona reducūt. vario modo
aſſignant doctores. multiplicit
etiā diſtinguen̄. inter virtutes ⁊
dona. fruct⁹ ⁊ btitudines. Sꝫ
qꝛ omnia recitare magis ꝯfuſio
nem inducit q̄ꝫ informatōem. ſe
quar in hac ꝑte doctrinā ſcoti
in ſuo. 3. q. j. diſ. 34. qui oñdere
videtur ꝙ ꝑ ſeptem virtutes. 3.
theologicas. ⁊. 4. morales hō
ſufficiēter diſponit in via reſpe
ctu cuiuſlibet obiecti. q̈tin⁹ bn̄
viuat ad ſalutē. Omē em̄ obie-
ctum circa qḋ ꝑficitur viator. ē
deus vel creatura Circa deū
ſufficiēter ꝑficit trib⁹ ꝟtutib⁹
theologicis. Nam circa ip̄m vt
intelligendum in via. ſufficiēter
diſpoit fides De deo em̄ in via
non poteſt hr̄i ꝯgnitio niſi fide
ſaltem excellentior. ꝓpter ꝯgni-
tōm naturalē quā habemus de
deo. ſed iſta eſt inferior fide.
Circa ipſum vt in ſe diligibilis
ſufficiēter ꝑficit caritas. Et cir
ca ip̄m vt appetibilē tanq̄ꝫ como
dum mihi. perficit ſpes. Neqꝫ
em̄ cōtingit viatorē circa deum
hr̄e alium actū ordinatū. q̄ꝫ in-
telligere deū. diligere eum in ſe.
et appetere eū mihi. vt bonum
meū. Perficit aūt viator ma
gis et min⁹. ſm̄ ꝙ virtutes illi
ſunt magis vel minus intenſe.
Nam qui habet has virtutes ī
ſūmo. quō haberi poſſūt in via
in ſūmo et ꝑfectiſſime ſe habet
circa deū ſm̄ ſtatū viatoris.
Perfectiſſime cognoſcit deum
qui habet fidem ꝑfectiſſimam.
Summe diligit. qui ſūmam ha
bet caritatem. Sperat q̄ꝫ ſecu
rius q̄ ſpes habita fuerit inten-
ſior E ¶ Circa creaturā vero
(non curando de ſcientijs ſpecu
latiuis q̄ ſm̄. Aug. plus habent
ſuꝑuacue curioſitatis q̄ꝫ vtilita
tis) ꝑfectiſſime homo ꝑficitur
ꝑ prudentiā quantū ad intellec-
tum ſi ip̄a fuerit ꝑfectiſſima. qꝛ
ipſa eſt de omni agibili quantū
ad omnē ꝯdictionē agibilis. Et
quantū ad appetitū ſufficiēter ꝑ
ficitur tribus virtutibus mora
libus. et hoc ſiue circa alterū et
appetibilia alteri. q̄ꝫ circa ſeip̄m
et appetibilia ſibi. ſiue primo et
directe. ſiue ſcḋario ꝓpter illa
prima. ¶ Nam circa alteꝝ di-

ſponit iuſticia q̄ q̇s recte ſe hꝫ ad
alterū dando cuilibet qđ ſuū ē.
Circa ſeipm̄ ⁊ appetibilia ſibi n̄
ꝓͦ ſiue ex ſe. puta q̄ ſtati ex ſe nā
ſꝭ ꝯueire. vt ſꝭ honoꝛ. delectatō
pficit tpantia Sꝫ circa appeti
bilia ſibi nō ꝓͦ ſꝫ q̄i ſcđario ꝓpꝭ
ꝓͦ appetibilia. ſic ē velle vindica
re ſe circa offendētes. puta ꝓma
bona auferētes aut velle ſuſtine
re offenſā Et circa h̊ ſufficiēꝭ di
ſponit ac pficit foꝛtitudo De
ꝓmis ꝟtutib⁹ theologicis hr̄. j.
Coꝛ. iȝ. Excellētioꝛē viā vob̄ de
monſtro. Et ſeq̇tur. fides. ſpes.
caritas tria hec. maioꝛ hoꝛū eſt
caritas. ¶ De aliȷ̈s virtutibus
moralibus que cardinales dicū
tur. habeꝭ Sapie. 8. Sapiētia
em̄ ſobꝛietatē. iuſticiā. pꝛudenti
am. et virtutē id eſt foꝛtitudinē
docet. q̇bus in vita nihil vtili⁹ ē
hoībus. Iſte ergo ſeptenari⁹ vir
tutum. quarū quelibet multas
habet ſpēs. ſi pfectiſſim⁹ eſt. pfe
ctiſſime pficit viatoꝛem. ¶ F
Unde omnes habitus pfectiui
viatoꝛis. reſpectu creatoꝛis vel
creature.. q̄tin⁹ ꝓmouent ad ſa
lutem. ad aliquē de illis ſeptem
habitib⁹ reduci habent. vel plu
res eoꝝ. q̄zuis in ſcripturꝭ vari̇js
nominib⁹ nomianꝭ Unde ⁊ be-
titudines dona et fructus. non
ſunt niſi habitus virtutum. vel
ſaltem delectationes actus eo-
rum ꝯſequentes. pꝛopter quedā
que in fructibus numerantur.
Unde qui pfectiſſime habet il-
lās ſeptem virtutes. habet om-
nes fructus dona et beatitudi-
nes. ¶ Qđ ſic p̄t oñdi. Nā do
nū ſapie duas ꝯplectiꝭ theolo-
gicas ꝟtutes. caritatē ſcꝫ et ſpē
Eſt em̄ ſapia dicta q̄i ſapida ſci
entia. et cōiter in ſcripꝭa accipiꝭ
ꝓ habitu caritatꝭ qꝛ ſapia eſt ha
bit⁹ q̄ ſapit habēti obiectū ſum
mum et eternum. quod in ſe eſt
ſapidum. id eſt quo placet illud
bonum in ſe. et illud volo mihi.
Et hoc eſt quod dicit mgr̄ in. 3.
diſ. 35. Sapientia nō modo ca
pimus ſupioꝛa. ſed etiam in cog
nitis delectamur. Sapit autem
ſiue diligitur deus ſapientia. vt
dictum eſt. et quia in ſe bonus.
qua dilectione volo deo bonū.
et quantum ad hunc actum per
ficit caritas Hac enim deum in
ſe et pꝛopter ſe diligimus. volen
do ſibi bonum ſummū. Uerum
qui ſapit bonū et ſapoꝛem in ſe
appꝛobat. etiam ſibi id bonum
appetit tanq̄ꝫ cōmodum ſuum. ⁊
ad ſic appetendum perficit ſpes
vt alio ſmōe dictum eſt. Sapi-
entia ergo generaliter accepta.
qua ſummū bonum mihi ſapit.
in ſe. et appeto mihi. caritatem
cōphendit ſimul et ſpem.
☞ ¶ B Donum autem in-
tellectus et donum ſciētie ſimul
fidem expꝛimunt. ſm eius perfe
ctionem ⁊ impfectōm. Nam in
naturalibus. 6. Ethicoꝝ. Intel
lectus dr̄ noticia pncipioꝝ. ſcien
tia vero ꝯcluſionis. Ita in ꝓpo

ſito. p̱ intellectum intelligitur fi-
des impfecta. id ē noticia p̄mo-
rum articuloꝝ. que eſt fides ſim
plicium. quibus ſpeculamur im
plicite ſaltem. creatorem ⁊ crea-
turas. De vtriſqꝫ enim articuli
faciunt mentionem. ☞ ¶ Per
ſcientiā vero intelligitur fides
p̱fecta et explicita. nedum p̄mo
rum articuloꝝ. ſed etiam eorum
que in eis latent. ⁊ ex eis deduci
poſſunt quaſi concluſio ex prin-
cipijs. et hac ſcientia nō ſolum
articuli p̄mi creduntur. ſed etiā
fides eorum nutritur. defendi-
tur. ac roboratur. Et ita loqui-
tur Aug⁹. 14. de trinita. Illud
tantum huic ſciētie tribuo. quo
fides ſaluberrima. que ad verā
ducit beatitudinē gignitur. nu
tritur. defenditur. roboratur.
qua ſcientia non pollent fideles
plurimi. quāuis polleant pluri-
mū ipſa fide. ſcꝫ impfecta. Ali-
ud eſt enī ſcire tm̄. quid homo
debeat credere ꝑpter adipiſcen
dam beatā vitam. Aliud eſt ſci-
re. hoc ipſum. et quomodo pijs
opituletur. et contra impios de
fendatur. que ꝓprio vocabulo
appellatur ſcientia. ☞ ¶ D
Per alia quattuor dona. quat
tuor virtutes cardinales deſig-
nātur. fortitudo quidem ſub ꝓ
prio vocabulo exprimitur. qua
nos bene habemus reſpectu of-
fendentiū et contra terrorem pe
riculorum. Prudentia vero no
mine conſilij. quia prudentia ha
bitus eſt conſiliatiuus de omni
agibili. Juſticia vero exprimit
in ſua ſpecie ſcilicꝫ pietate. Pie
tas em̄ ſiue intelligatur habitus
ad cultum dei nos perficiens q̄
theoſebia grece dicitur. Sicut
dicit Mgr̄ diſ. 35. libro. 3. ſiue
miſericordia qua proximis cōpati
mur. miſerias eorum ſubleuan-
do. vt vult Scot⁹. ⁊ Lyra ſup
Iſa. manifeſtum eſt ꝙ ad iuſti-
ciam p̱tinet. quia nos bene ordi
nat ad alterū. dando alteri qđ
ſuum eſt. deo honorē. proximo iu
uamen. Donum timoris ad tē-
perantiam. p̱tinꝫ ſm Scotū. qꝛ
idē omnino eſt timor quod hu-
militas. ſicut patꝫ per Aug. ſup
illud Matth. 5. Beati paupes
ſpiritu. Qꝛ ſcriptura frequēter
cōmendat timorem domini. in
itium ſapientie. nihil aliud eſt.
q̄ꝫ ꝙ humilitas eſt p̄ncipium vir
tutū. et recte. quomodo eo quis
timet quo humilis. humilitate
nos ipſos paruos. inſufficiētes
et defectuoſos cognoſcimus. et
ideo fortiora timemus. Humi-
litas ad temperantiam pertinet
tanquā ſpecies ad genus. nam
moderatur circa ↄcupiſcentias
honorum Uel ſi hoc nō placet.
vt timor idemtificetur humili-
tati. nihilomi⁹ ad temp erantiā
p̱tinet. nā vt đt Lyra ſup Iſa.
Contra ↄcupiſcentiam inordi-
natam delectabiliū. ordinamur
p̱ donum timoris. ſicut ſcriptū
eſt Prouer. 16. p̱ timorē decliat

omnis a malo. Patȝ ergo ꝙ dona
illa ſeptem extendunt ſe ad oīa
ad que ꝟtutes theologicales et
adquiſite. tam intellectuales ꝗꝫ
morales. et ꝑ ꝯn̄s ſufficienter re
plent animā omnibꝰ neceſſarijs
ad ſalutem ¶ Et ꝗꝫuis vir
tutes cardiales naturaliter ad-
quiri poſſunt. nō tn̄ ſuꝑfluunt
dona. qm̄ vt dicit Mgr̄ vbi ſ.
Per hec dona illa naturalia re
formant̃ et adiuuant̃ Sunt de
niqꝫ ꝑfectiora ꝗꝫ virtutes quas
naturaliter adquirimꝰ. qꝛ a ꝑfe
ctiſſimo ꝓncipio. ab eo vtiqꝫ cꝰ
perfecta ſunt opera. Deniqꝫ
ſpūſſanctꝰ ſubito hec infundit.
q̄ ſm naturā nō niſi longiſſimo
tꝑis exercitio adquirunt̃. Ne-
ſcit em̄ tarda molimina ſpūſſcti
gratia. dicit Ambro. ſuꝑ lucam
Et ſm hec m̄lti diſtinguūt hec
dona a virtutibus licet forte in
ſufficiēter. ¶ Pecaūt do
na omnia. aduenīēs ſpūſſanctꝰ
diſcipuloꝝ cordibꝰ. ꝓhabita cō
fortauit. et auxit. nō habita in-
fudit. ꝛ quantū ad omia ſibi ac
alijs fidelibus neceſſaria ꝑfecit
quod actus eoꝝ euidēter demō
ſtrant. ¶ Donum ſapie in eo ꝙ
omnibꝰ ſpretis ſoli deo adheſe-
runt ita vt nec menſis fuire libe
ret Act. 6. c. ¶ Donum ſcientie
ꝛ intellectus. qꝛ et articulos or-
dinauerunt. et fidē in alijs gig-
nebant. nutriebant ſcripturarū
doctrinis ſolo ſpūſſancti dono
genitis. que errantes defende-
bant. vt patȝ in ꝑ̄dicationibus
petri et ſtephani. ¶ Donū ꝯſilij
prudenter ad vtilitatem fideliū
omnia tꝑalia ordinando. nam
quotqt̄ poſſeſſiones agroꝝ aut
domoꝝ erant. Vendētes affere
bant precia eoꝝ que vendebant
ꝛ ponebant ante pedes apl'oꝝ. q̄
diuidebant ſingulis ꝓut vnicui
qꝫ opus erat Act. 4. ¶ Donum
fortitudinis in eo ꝙ nec. minis
nec terroribꝰ. nec morte. nec ver
beribus deterreri poterant. ne
nomen dn̄i non ꝑ̄dicarent. atqꝫ
ne nō ꝯmiſſam exequerent̃ diſpē-
ſatōem. publice fidei aduerſari
os ꝯfundētes. ꝛ ꝯfidentes quia
oꝑtet plus obedire deo ꝗꝫ homi
bus Act. 5. ¶ Donum pietatis
vtroqꝫ mō habere ſe oſtēderūt.
Ad deū quoniā quotidie erant
ꝑſeuerantes vnanimiter in tem
plo. cōicatōe fractōnis panis et
orōnibꝰ Act. 2. ¶ Ad primum
ꝓo. quoniā non ſolum ꝓximoꝝ
miſerijs cōpaſſi ſunt. Sed eas
fecere ſuas. Nam multitudis
credentiū erat cor vnum et aīa
vna. nec quiſquā eoꝝ que poſſi-
debant ſuū eſſe dicebat. Sed
erant illis omnia ꝯmunia Act.
4. ¶ Donum timoris manife-
ſtauit magna apl'oꝝ humilitas.
quia oēm a ſe ꝓiecerunt mōdi ho
norem Nam petrus et iohānes
cū claudum illum ex vtero ma-
tris ſue. 40. annos habentem.
in noīe ieſu ꝑfecte reſtituiſſent
ſanitati. eosqꝫ ꝯcurrētes popli

admirati fuiſſent. ne eis honoꝛ
attribuerent ait petrꝰ Uiri iſra-
elite. quid nos admiramini. aut
quid nos intuemi. quaſi noſtra
virtute aut pietate fecerimꝰ hūc
ambulare ⁊c. Act. 3. ¶ Simile
illiꝰ de paulo et barnaba expſſe
ꝯtinet Act. 14. Ubi dꝛ Paulꝰ
et barnabas moꝛabant in liſtrꝭ.
Et q̇dam vir liſtris. infirmꝰ pe
dibus. ſedebat. claudꝰ ex vtero
matris ſue. q̇ nunq̄ꝫ ambulaue-
rat. Hic audiuit paulū loquen-
tem et credidit. Qui intuitus
eum ⁊ videns qꝛ fidem haberet
vt ſaluꝰ fieret (mēte ſcꝫ ⁊ coꝛpe)
dixit voce magna (quatinus ex
vocis altitudine plꝰ ad diuinū
honoꝛem miraculū deuolueret)
Surge ſup pedes tuos rectus.
Et exiliuit. omnibus aſtantibꝰ
videntibꝰ Et ambulabat Et ſe
quitur ibidem. Turbe aūt cum
vidiſſent qd̉ fecerat paulꝰ. quaſi
hoc ſua virtute pfeciſſet. leua-
uerunt vocē ſuam licaonite di-
centes. Dij ſimiles facti hoibus
deſcenderunt ad nos. Et voca
bant barnabam (q̇ ſenioꝛ erat)
iouem. Paulū xo (qui ductoꝛ
verbi extiterat) mercurium qui
fertur fuiſſe eloq̄ntiſſimꝰ. Sa
cerdos quoqꝫ iouis qui erat an̄
ciuitatē. tauros ⁊ coꝛonas ante
ianuas afferens cū populis. vo-
lebat ſacrificare paulo ſcꝫ ⁊ bar
nabe tanq̄ꝫ veris dijs Ipſi vero
beati apl'i nō ſibi ſed deo hono
rem in oibus opibus querentes
vbi hoc viderūt. ꝯciſſis tunicis
ſuis exiluerunt in turbas clamā
tes ⁊ dicētes. Uiri quid hec fa-
citis? Et nos moꝛtales ſumus.
ſimiles vobis homies annunciā
tes vobis ab his vanis cōuerti
ad deum viuum qui fecit celum
et terꝛam et mare et omnia que
in eis ſunt. Ecce ſi honoꝛem mū
di voluiſſent, maximum adepti
fuiſſent. ſed quia timoꝛem do-
mini qui peccatum expellit cum
pmo habuerūt. hunc caducum
honoꝛē penitꝰ ſpꝛeuert. Sil'r
tantꝰ erat in eis timoꝛ dei. quo
malum declinat. vt nō ſolū ipſi
in ſe ſed et in alijs ꝯuerſis. mala
grauiſſime punierūt. vt in facto
Ananie et zaphire vxoꝛis eius.
ptꝫ. Unn̄ magnꝰ timoꝛ factus eſt
in vniuerſa eccleſia. et in omnes
qui audierunt ipm Act. 5. L
¶ Ecce ſi iam ſtatum illū et pfe
ctoꝫ quā p diffuſionem cariſma
tū ſancti ſpūs ꝯſecuti ſunt apl'i
ad poꝛem coꝝ toꝛpoꝛem. dubita
tionē. hebetudinē. carnalitatē.
īfirmitatē. ppꝛiā ſolicitudinē. p
ſumptionē. quis cōpare volue-
rit. luce clarius videbit. q̄ꝫta mu
tatio. imo innouatio dextre ex-
celſi. q̄s ſpūs domini non q̇buſ-
dam munuſculis adoꝛnauit. ſed
fluminis ſui impetu. ac vnctio-
nis ſuauitate totos repleuit. ita
vt vngentū hoc de capite xpo in
barbam barbā aaron fluens. de
ſcenderit in oꝛā veſtimenti eius
dū vſqꝫ ad fines oꝛbis terꝛe. apo

ſtolicā doctrina cōuerſi. huius vnguenti pinguedine et exulta- tionis oleo ſūt puncti. vt fideli- ter dictū ſit p pphetā. Spirit⁹ domini repleuit orbem terrarū rc. et tm̄ de ſecūdo

## In feſto penthe. Sermo. II. in ordi. XXXIIII.

Spiritu oris eius oīs virt⁹ eorum Ps.32.

A Hactenus egit eccleſia feſta. celebrans diuina be- neficia et opera quibus redem- ptor noſter nos redemit. debi- tum noſtrum ſoluendo ſalutis impedimenta remouendo. locū qꝫ apud patrem pparando. et vi am puenīendi oſtendēdo Om- niaqꝫ exhibendo que ex parte re demptionis noſtre adquirende perdite beatitudinis neceſſaria videbantur. ita vt nihil vltra reſtaret niſi vt ipſi tranſiremus. et reparatā nobis beatitudinē apprehendēdo poſſideremus.

In hac autem glorioſiſſima ſolē nitate beneficium ſumme neceſ ſarium recolit quo nos ad am- bulandū et ad iter pficiendum ꝯualeſcimus et ꝯfortamur. ſine quo oīa priora bn̄ficia licꝫ max- ima et precioſiſſima caſſa forēt ꝛ ſine fructu. Quid enim pfice- ret delicatiſſimum conuiuium ppare ei qui ex corporis debilita te ad ipſum perfruēdum iter ar- ripere non valeret Prima fac- ta ſūt per verbum ex patris obe dientia humanatum. qui in car ne ſua debitum noſtrum ſoluit. Eph.2. Natum enim ex virgine illuminauit ſedentes i tenebris et vmbra mortis. principi tene- brarum ſuis ydolatrijs ſeruien tes. quorum primi fuerunt ma- gi. ſtella duce ad veritatis agni tionem perducti. Sua conuer- ſatōne viam oſtendit. Diſcite a me inq̇t. qꝛ mitis ſum ꝛ humilis corde. Matth.xj. Paſſione cy rographū decreti ſuo ſanguine deleuit affigens illud cruci Col loſenſ.2. Morte mortez cū ſuo pncipe dyabolo vicit. Et infer num fregit. O mors ero mors tua Morſus tu⁹ inferne Oſee. .13. Reſurgens captiuitatem in inferno detentā reduxit ꝛ ſpem īmortalitatis dedit Pſal. Aſcē dens in altum captiuā duxit rc. ꝛ Johis.17. Volo pater vt vbi ego ſum illic ſit et miniſter me- us rc. Aſcendens locum nobis apud patrem parauit et diſpo- ſuit. Joh.14. Vado parare vo bis locum rc..

Secundum vero miſſio ne ſpiritusſancti hodierna per- fecit Nā adueniente hodie ſpū ſancto i ſigno viſibili ac fideles

replente. nedum perfecte ad om-
nis veritatis cognitionem illu-
minati ſunt. ſed et celeſtis igne
caritatis accenſi ac roborati.
vt quecunqꝫ intellexerant forti
ter ſine timore perfecerũt. et qui
timidi vſqꝫ huc clauſi mortis ti
more latuerunt. accepto ſpiritꝰ
ſancti dono. portas et repagula
irruperunt. ſe qꝫ in medium po-
puli et principum dederunt. et
quem prius territi negarũt. nũc
publice. teſtificantur. verbis pre
dicando. opere miraculis con-
firmando. et ſanguine pro ipſo
voluntarie moriendo. Prius vt
carnales ⁊ terreſtres timuerunt
nunc vero repleti ſpiritu vt cele-
ſtes terrena omnia contempſe-
runt. Hinc Chriſoſtomꝰ. Ho-
die nobis terra facta eſt celum.
nõ ſtellis de celo ad terrã deſcen
dentibus. Sed apoſtolis ad ce
lum aſcendentibus. quia effuſa
eſt copioſa gratia ſpiritusſancti
et vniuerſum orbem operata eſt
celum. non immutans naturam
ſed voluntatem emẽdans. infu-
ſis donis celeſtibus ac virtuti-
bus. Unde verificatum eſt ho-
die quod longe ante propheta-
tum eſt. Spiritu oris eius. ſci-
licet verbi domini. omnis virtꝰ
eorum. celorum ſcilicet ex homi-
nibus formatorum. Pro gratia
Ueni ſancte ſpiritus reple ⁊c̃.
Aue maria

☞ ¶ B Quia agimus ho-
die feſtum ſpiritusſancti tercie
perſone in diuinis. qui hodie vi
ſibiliter miſſus eſt apoſtolis et
cunctis fidelibus. Aliquid de
ipſo. ipſo donante loquendum
eſt.

¶ Et videnda ſunt tria

Primum quo modo intelligẽda eſt tercia ꝑſona ĩ diuinis que ſpiritusſanctus dicitur.

Secundo de operatione et donorum multiplicitate

Tercio de hominum quos inhabitat diſpoſitione

☞ ¶ Circa primum licet trini
tas ſuperbenedicta nedum ſit
ineffabilis ſed etiam inueſtiga-
bilis. ſm illud Roma. xj. O al-
titudo diuiciarũ ſapiẽtie et ſci-
entie dei. q̄m incõprehenſibilia
ſunt iudicia eius et inueſtigabi-
lis vie eius. et hoc quantum ad
perfectam eius cognitionem. )
non tamen penitus nobis igno-
tus eſt. Nam inuiſibilia eius a
creatura mundi. i. homine. per
ea que facta ſunt intellecta ꝯſpi
ciuntur. ſempiterna quoqꝫ eius
virtus et diuinitas. ad Roma.
ṗmo. Inter ea autem que facta
ſunt. nihil ita ducit in cognitio
nem dei ſicut homo. Quippe cũ

in ceteris apparet veſtigium tri-
nitatis. In homine etiam ima-
go eius impreſſa eſt. Unde ho-
mo creatus dicitur ad imaginē
et ſimilitudinem dei Geneſ. j.
☞ ¶ Creatus eſt aūt ad ima-
ginem dei non ſm corpus. ſed
ſm animā. ſiue ſpiritum. Quo-
niam et deus non corpus ſed ſpi
ritus eſt. Joh. 4. et p̄ma Cor. 3
Ideo in ſpiritu ſeu anima nr̄a
querenda eſt imago trinitatis.
vt per eam venire poſſumꝰ in no-
ticiā eiꝰ. ☞ ¶ Inuenimꝰ aūt
in anima noſtra quandā trini-
tatem. quia habemus in nobis
intellectum. voluntatē ſeu affe-
ctum. et vtriuſqꝫ opationē ſiue
actum. ſed cum magna impfe-
ctione. et quantum ad obiectū.
quia non multa ſimul diſtincte
cognoſcere. nec amare poſſumꝰ.
ſic ſenſu percipe Et quantū ad
mutabilitatem. quia nunc hoc.
nunc illud. nunc amamus. nunc
que amauimꝰ odimus. Et quā-
tum ad modū. quia nos ꝑ ſimi-
litudines fantaſmata. ⁊ fictas
imagines. nihil ꝑ eſſentiam cog
noſcimus ☞ ¶ Deus autē in
tellectum habet. voluntatem et
actus eorum ſine impfectione.
quantū ad ſubſtantiā. qꝛ omia
hec in deo idē ſunt. Quia vna
ſimpliciſſima eſſentia. Augꝰ de
triplici habitaculo. quātum ad
obiecta omnia ſimul diſtinctiſſi
me. ſine mutatione. nō per ſpeci
em. ſed ꝑ eſſentiam ſuam. et rei
cognite. ſemꝑ ⁊ imutabiliter etiā
mutabilia videt. Et circa ꝯgni
ta imutabilem et eternā habet
voluntatē nec vult aliquid mō
quod aliquādo non voluit. aut
aliqn̄ velle deſinet. Omnia em̄
nuda ſunt et aperta oculis eius
ad Heb. 4. et voluntas eius in
eternū ꝑmanet Prouer. 19. Et
Augꝰ in medi. c. 28. opa mutas
ſed non conſilium. Ecce tenuis
ſimilitudo ⁊ magna differentia
imaginis noſtre ad deum.
¶ Sed nunc ꝓpinquius ac-
cedamꝰ. Exꝑimur in noſtro in-
tellectu quandā vim fictiuā rei
cognite. ꝑ quā in ſe ipſo format
imaginē. tanto rei cognite ſilio
rem. quanto ipſaꝫ ꝑfectius cog
noſcit. Unde ſi intuitiue et ꝑfe-
cte cognoſceret. imaginē ſimilli
mā fingeret. que imago manet
in intellectu. Et ſi haberet vim
ꝓductiuam. ꝓducerꝫ rem ſimil
limā imo ꝯſubſtantialē rei cog-
nite ab ea in nullo differētē. niſi
ꝙ hec ab illa eſſet ꝓducta. Et ſi
ſeipm ſic cognoſceret. de ſe ima-
ginem ſimillimā ꝓduceret. ſibi
ꝯſubſtantialē et a ſe ſola ꝓdu-
ctione diſtinctam. Que et vere
eſſet filius eius. quoniā filius
viuens eſt de viuente. in eadem
ſpecie et natura productus.
¶ Sic voluntas noſtra habet
quandā vim inheſiuam. nam cū
obiectū ꝯgnitū volenꝰ acceptat
in ſe quandā ꝯplacentiā vel dile
ctōem aut fauorē ꝓducit. ꝙ ob

iecto volito inclinatiue ⁊ ꝯplacē
ter inheret et q̄ſi ꝓ° ſe volito ſeu
amato donat. q̇ et amor dr̄. quo
amās ſe cōmunicat amato. qui
ſimiliter manet in voluntate. ꝑ
quem ſemper eſt inclinata ad be
nefaciendum et complacendū
amato. ☞ P ¶ Sic in deo.
Pater ſeipſum ſua eſſentia cog
noſcens. cognoſcendo imaginē
ſuam ꝑfectiſſimam in ſe ꝓducit
ſibi per omnia equalem et ꝯſub
ſtantialem. in nullo differentē.
niſi ꝙ hec eſt producta. pater ve
ro ꝓducens. Hec imago ꝓprijſ
ſime verbum dicitur a patre di-
ctum et viuit in eadem natura.
nō ſpecifica ſed indiuiduali ſin
gulariſſima ⁊ ſimpliciſſima. ideo
veriſſime filius eſt. et dr̄ pr̄i con
ſubſtantialis et coeternus et in
omnibus ꝑfectionibus coequa
lis. vt vult Aug⁹ in de cognitio
ne vere vite prope finem cum in-
quit. Nihil aliud eſt filius vel
verbum dei. q̄ȝ cogitatio vel ars
vel ſapientia dei. Nempe cum
nos aliquam rem cogitamus.
ipſius rei imaginem ī cogitati-
one noſtra formamus. Sic de
us cum ſeipſum cogitauit ſimi-
lem ſui per omīa imaginem for-
mauit. et ideo verbum vel ima-
go dei dicitur Sed nihil aliud
niſi eadē eſſentia exꝓmitur. Et
ſupra. Certum eſt ꝙ mēs gignit
cogitationē. Cum autē mens ſe
ipſam cogitat quaſi aliam ſibi ſi
milem generat Sic ſumm⁹ de⁹
cum ſeipſum talem qualis eſt co
gitauit. ꝓcul dubio ſimilē ſibi
per omnia imaginem generauit
Et ſicut gignens iure vocatur
pater ita rectiſſime imago fili⁹
noīatur Et infra Nihil in reb⁹
creatis ad integrum eius imagi
nē ſeruat a quo naſcitur vt ibi
declarat Infert. hic autem per
omīa gignenti eſt ſimillimus. ⁊
ideo veriſſime filius non filia
nominatur. Hec ille. ☞ ¶ E
¶ Sic pater volendo ſe ⁊ ver-
bum ſuum. et ſimiliter verbum
volendo ſe et patrem. quorum
vna eademq̄ȝ eſt voluntas et
eſſentia. et ꝑ h̄ ſe amantes amo-
re eſſentiali. qui ſm̄ eūdem vbi
ſupra eſt idem omnibus modis
eſſentie. producunt quendam
fauorem. quo pater inheret et
connectitur filio. et filius patri
et quem vt Richardus ait. Pr̄
tanquā donum infinitum im-
pendit filio. et filius rependit
patri. et h̄ fauor eſt amor ꝓdu-
ctus. et tante perfectionis quā-
te pater eſt amabilis. ſimiliter
filius et diuina eſſentia. que cū
ſit infinita infinite eſt amabilis
et per conſequens infinitus. q̄ȝ
idemptificatur eſſentie et amo-
ri eſſentiali infinite. Solum
ab ea differens. quia ꝓductus
Ille autē amor eſſentialis et il-
la diuina eſſentia nec ꝓductus
nec producta. Et quoniam hic
amor notionalis ſiue product⁹.
idemptificatur eſſentie. ideo vi

nus deus. omnipotens. et in om
nibus ꝑfectionibus. patri et fi
lio coeternus ⁊ equalis Nō qui
dem ex formali ratione produ⸗
ctionis qua producitur vt do⸗
num. ſed ex ratione ſue perfecti
onis. ꝓpter quam ꝓducitur in
eadem eſſentia. ¶ Audiamus
et de hoc beati Auguſtini teſti⸗
moniū in libro prefato vbi vice
magiſtri reſpondit fratribus q̄
rentibus. Quomodo ſpiriſſan⸗
ctus dicitur a patre et filio pro
cedere dicens. Nihil aliud ſpūſ
ſanctus q̄z amor dei intelligit.
Conſtat autem quia pater filiū
vt ſeipſum diligit. et item filius
patrem tanq̄z ſeipſum diligit.
Vita nanqz diligit ſe ſapere. et
iterum. ſapientia diligit ſe viue
re. vite autem et ſapientie ꝓba⸗
ta eſt vna eſſe eſſentia Igitur di
lectio vel amor vl' caritas quod
eſt ſpirituſſanctꝰ in ſubſtantia
patris et filij coeſſentialis exi⸗
ſtit. et ideo ab vtroqz equaliter
procedit Et ſtatim ſupra. dei vi
uere. intelligere. diligere. nihil
aliud eſt q̄z exiſtere. Dilectio er⸗
go dei eſt vita. et vita eſt ſpiritꝰ
Hec ille.

¶ ☞ Hec tercia perſona in
diuinis ſpirituſſanctꝰ dicitur.
quaſi cōmuni nomine. Nam et
pater ſpiritus eſt. et filius ſpiri
tus eſt. et vterqz ſanctus. vt ſic
denotetur eſſe communis amor
et nexus amboꝝ. ☞ Quod
ſic declarat ſanctꝰ Bonauētura
diſt. 10. p̄mi ſententiaꝝ. q. vltia.
Nam hoc nomen ſpiritus. a ſpi
rando vel ſpiratione ſumptum
eſt. Ac tus autem ſpiratōnis in
corpore. eſt actus internus. actꝰ
continuus. a ctus viuificus. ha
bens originem a calore. Hec au
tem omnia amori conueniunt.
Amor enim venit ab intrinſico
quia actus eſt anime. Et amor
eſt actus viuificus. ⁊ ſic viuificꝰ
vt homo non ſit qui non amet.
Eſt etiam amor actus continuꝰ
et hoc ſi perfectus eſt. qui enim
nūc amat. et poſtea nō amat. nō
perfecte amauit. Eſt deniqz a⸗
mor. calor ſpiritualis. Unde ⁊ a
poetis ignis dictus eſt. Et quia
ſpirituſſanctus a patre et filio
procedit per modum amoris. vt
patuit. Amori autem omnes cō
ditiones actus ſpirationis con
ueniunt. Ideo in huius euiden
tiam tercia in trinitate perſona
proprie ſpiritus dicta eſt. Et nō
ſolum ſpiritus. ſed et ſpiritus
ſanctus ad inſinuāndum ꝙ hec
tercia perſona. non ſit patris et
filij amor immundꝰ ſed omnino
mūdus. Duplex enim reperitur
amor. Primus qui purus eſt et
mundus. Alius qui immūdus
eſt atqz libidinoſus. Ad ſignifi
candum ergo ꝙ illa tercia perſo
na non eſſet patris et filij amor
immundus. imperfectus ſeu li⸗
bidinoſus. ſed mundus perfe⸗

ctus atqꝫ caſtus. dicta eſt nō ſolū ſpiritꝰ. ſed ſpiritus ſanctus Uel q: tanq̄ꝫ ex nr̄o vſu loq̄ndi. non habens nomen appropriatum retinet nomen commune.

¶ Uerum nomen (ſpiritusſanctus) vt dicit. ſpiritum diuinū ſpiratione ꝓductum. proprium eſt tercie perſone. et neqꝫ patri conuenit. quia productus nō eſt nec filio. quia ⁊ ſi productus eſt non tamen ſpiratione ſed generatōe. Unde non eſt ſpiratus a duobus ſpiratoribus ſed a ſolo patre genitus. Hec breuiter ſufficiant ad qualemcūqꝫ manuductionem cognoſcendi ſpiritū ſanctum. ☞ F ¶ Ex quo tamen multe veritates elici poſſunt. quas forte vnius ſermōis breuitas capere nō valet. ☞

¶ Prima veritas eſt Spiritꝰ ſanctus non eſt creatura. cōtra macedonium. quoniam ſpiritus ſanctus eſt eſſentia diuina. et amor eſſentialis. ſm Auguſtinū vbi ſupra. et procedit tanquam amor et donum adequatū ꝑnᵒ ꝓductiuo infinito. ſꝫ oē infinitum neceſſario eſt deus. Infinitas em̄ creature repugnat. hinc 2. Corinth. 3. Dominus ſpiritꝰ eſt. Et Johis. 6. Spiritus eſt qui viuificat. ⁊ ita de ſimilibus ꝓprietatibus diuinis ex ſcriptura colligi poſſet que conueniunt ſpirituiſancto. ¶ Secunda veritas Spiritusſanctus neqꝫ pater eſt neqꝫ filius. ſed ab vtroqꝫ. non eſſentialiter ſed perſonaliter diſtinctus. Contra ſabellium. Non pater. quia ꝓductꝰ Non filius. quia non genitus. ſed per modum doni libere productus. De hoc. j. Joh. 5. Tres ſunt qui teſtimonium ꝑhibent in celo. pater verbum et ſpiritꝰ ſanctus et hij tres vnum ſunt. Una ſcilicet eſſentia diuina nō vna perſona.

G ¶ Trecia v̄itas Spūſſctūs ꝓducit a pr̄e et filio ſimul. Nō a ſolo patre. Nec tanq̄ꝫ a diuerſis. ſed tanq̄ꝫ ab vno principio. Contra errorem grecorum dicētium ſpiritūſanctum a ſolo patre ꝓcedere. Hec veritas eſt catholice fidei. Et poteſt breuiter ſic oſtendi. In inſtanti generationis pater cōmunicat omnem perfectionem filio. et ſic infinitā voluntatem que eſt ꝑncipium ꝓducendi ſpiritumſanctū. Cum autem illa voluntas ſit infinita impediri non poteſt. Nec in inſtanti productionis filij. intelligitur iam productus a patre. ſpiritusſanctus. cum filius ſit prior origine ſpiritu ſancto. licet non tempore aut duratiōe. hoc eſt filius eſt genitus a patre cum quo ꝓducit ſpiritū ſanctū. Exēplum rude poni poſſet. Si em̄

duo ignes haberent eandē vim
calefaciendi. ſimul eundem ca-
lorem pducerent in obiectum
approximatū. Sic pater cōmu
nicat voluntatē ſuam vt perfe-
ctum pncipium ſpirandi ſpiritū
ſanctū. pus origie q̃ pducatur
ſpiritusſanct⁹ Ideo ſicut pater
ita filius eadem voluntate ſpi-
rant ſpiritūſſanctū ☞ H

¶ Quarta veritas in diuinis
ſunt ſolum tres perſone Una p
ducens et non producta ſcilicet
pater Producens et producta
que eſt filius. Producta ⁊ non
pducens que eſt ſpiritusſanct⁹.

¶ Quinta veritas. Nulla eſt
alia maior. dignior prior tempe
aut duratione. quia eadem eſt
omniū perfectio et coeternitas
ac ꝯſubſtantialitas. Sexta
veritas Non diſpar cultus ad-
oratio aut honor. ſed idem. De
betur omnib⁹ perſonis diuinis.
¶ Hec de pceſſione eterna ſpi-
ritusſancti ad intra balbucien-
do dictā ſufficiant. que et ſi non
intelligimus. non minus creda-
mus. Dicentes cum Hill'. 12 de
trinitate iuxta finem libri Ante
tempora vnigenitus tuus. ex te
manet natus. Ex te per eum ſpi
ritusſanctus tuus eſt. Quod ſi
ſenſu non pcipiam. tamen teneo
ꝯſcientia. In ſpiritualibus em̄
tuis rebus hebes ſum. Cōſerua
hanc oro fidei mee religionē in-
contaminatā. vt quod in rege-
neratōnis mee ſymbolo profeſ-
ſus ſum ſemper obtineam patrē
ſcilicet te noſtrum et filium tuū
vna tecum adorem et ſanctū ſpi
ritum tuum qui ex te per vnige-
nitum tuū eſt pmerear Hec ſūt
hill'. hincinde iuxta finem libro
.12. de trinitate. Quem ſpiritū
nobis infundat idem pater cuȝ
filio ⁊ ſpū ſancto in ſecula bene
dictus Amen.

¶ Secunda ps ſcdi ſmo-
nis de feſto penthe. In or
dine ſmo. XXXV.

SPiritu o
ris eius oīs virt⁹
eorum vbi s̃. A
Sapiēs architect⁹ opus a ſe
inchoatū nō deſerit donec ad p
fectum illud deducat. Sūmus
itaqȝ artifex et rerum omnium
opifex deus pater omīpotens fi
lium ſuum vnigenitum ad hoc
miſit in mundū. vt qui pus erā-
mus filij ire. adoptionem filioꝝ
dei accipemus Gal'. 4. ⁊ Joh.
p°. Dedit eis poteſtatem filios
dei fieri hijs qui credunt in no-
mine eius Hec fides vt vniuer-
ſis predicaret. idem dei filius
iam diſpenſatōnis ſue miſteria
ꝯſūmaturus per paſſionē. triū-
phalē reſurrectōȝ glorioſamqȝ a
ſcenſionē. apl'is ſuis iuſſionē in-
euitabilē ipoſuit. q̃tin⁹ euāgeliū

veritatis. q̄d ipſe in paruis ga-
lilee et iudee ptibus p̄dicauerat
toti mundo nunciarēt. In oēm
quoqꝫ terram ſon⁹ eoꝝ exiret.
et in fines orbis terre verba eoꝝ
vñ Act. j. Eritis mihi teſtes in
hieruſalē et in omni iudea et ſa-
maria. vſqꝫ ad vltimū terre. vt
ſic ex vniuerſis iudeis ꝛ gentib⁹
in vnitatem fidei cōuenientib⁹
vna ↄſtitueretur eccleſia chriſti
ſponſa ¶ Ad hui⁹ aūt ↄmiſſio-
nis magne efficacem executōem
ꝛ moritur⁹ atqꝫ poſt reſurrectio
nē a ſcenſur⁹. frequēter ſ. ſanctū
p̄miſit. qui ↄſolaretur puſillos
erudiret ignaros. omni virtute
roboraret infirmos. vñ Jo. j4.
Non relinquā vos orphanos.
ſed rogabo patrē ꝛ alium pacli
tum dabit vobis. quo ad p̄mū.
Itē. c. j6. Cum venerit ille ſpūs
veritatis docebit vos oēm veri
tatem quo ad ſcōm. Et quo ad
terciū Luce. 24. Ego mittam p
miſſum patris in vos. vos autē
ſedete in ciuitate. donec indua-
mini v̄tute ex alto. Omēs hos
p̄miſſiōes hodierna die imple-
uit. dum ſedens ad dexterā pa-
tris. victor glorioſus. ſuulis ſu
is dona largitus eſt celeſtia. ſcꝫ
ſpūſſanctū diuine v̄tutꝫ mgr̄m
Siquidem teſte ps̄. Spū oris
eius omnis virtus eoꝝ ps̄. 32.
Pro grā Aue. ¶ B Heſter-
no ſmone aliquid p nr̄a humi-
litate locuti ſum⁹ p articulo p̄°
ſmonis hui⁹ q̄uo intelligenda

ſit et cōcipienda tercia pſona in
diuinis q̄ ſſ. dr̄ et eſt. Ex quo et
aliīs tunc et nunc dictis colligi
poteſt. duplicē eſſe ſſ. pceſſionē
ſm mgr̄m diſ. j4. p̄mi. vna eſt
eterna de patre et filio. que ita
ſſ. preſtat eſſentiā. ſine vllo tēpis
initio. ꝛ ſine vlla nature mutabi
litate. Sicut filio preſtat eſſen
tiam ſine tempis initio. et ſine
nature mutabilitate. eterna ge-
neratio de p̄re. vt ait Aug⁹. j5.
de trini. De hac aliq̄d heri bal-
buciēdo locuti ſumus. Alia eſt
tempalis que ↄmuni vocabulo
miſſio noīatur. qua ad ſanctifi
candū creaturā mittitur ex tpe
a patre et filio imo ꝛ a ſeipſo. vt
ait Aug⁹. j5. de trini. ꝛ mgr̄ di.
. j5. de qua nunc dicendū. ¶ C
¶ Hec duplex eſt. quedā viſibi
lis. q̄dam inuiſibilis. Miſſio
ſpūſſancti viſibilis eſt appitio
alicui⁹ rei corpalis. circa creatu
ram rōnalem. miſſionē inuiſibi
lem ſſ. creature factā repſentās
Sic baptizato dn̄o in iordane
viſa eſt columbe ſpēs deſcēdere
ſup eum. vt dr̄ Math. 3. Ad ſi-
gnificandū in xp̄o hoīe habita-
re ſpm̄ſanctū Hoc ḡ ſigno ſſ. dr̄
viſibiliter miſſus Non qꝛ ſſ. in
ſe viſibilis ſit. ſed qꝛ aliqua crea
tura viſibilis apparēs. ſpm̄ſan-
ctum alicui miſſum repſentat vt
vult Leo papa in ſ. hui⁹ feſti q̄
incipit hodiernā ſolēnitatem.
Multū quippe diſſiliter ſe ha-
buit ſſ. ad creaturas in quib⁹ vi

ſibiliter mitti dicebatur. et filiꝰ
ad naturā hūanam. Filiꝰ nanqꝫ
humanā naturam in qua viſibi
lis apparuit in vnitatē ſuppoſiti
aſſumpſit. Unde verū erat dice
re. filius in diuis eſt homo. ſic
Joh ait. Uerbū caro factū eſt
Naturā quoqꝫ hūanam aſſum
ptam beatificauit. Perſona āt
ſpūſſancti. nō aſſumpſit ad vnio
nem pſonalē. columbā. flatū. nu
bem aut ignē. ⁊ ideo nec colum-
bā nec nubes dici potuit neqꝫ ta
les naturas ſanctificauit aut be
atificauit vt vult. Augꝰ. 2 de tri
nitate. Creature itaqꝫ ille nulla
ſpeciali vnione fuerunt ſpiritui
ſancto vnite. ſed duntaxat ad-
hoc ſpecialit̄ a deo ordinate. vt
ſpm̄ ſanctū inuiſibiliter illos in
habitare. eiſqꝫ donatū fore cir-
ca quos apparuerūt repſentarēt
quare nec adorande ſi adhuc in
terris eſſent. D ¶ Nec tamen
hm̄oi creature apparitio ſigni-
ficat miſſionē inuiſibilem ſpiri-
tus ſancti. tunc ꝓmo fieri. quā
do hm̄oi creature apparent. ſed
ſignificant vel tunc miſſionem
inuiſibilez eſſe vel factam fuiſſe
et adhuc ꝑmanere. Non enim
cū columba ſup xp̄m apparuit in
baptiſmate tūc ei. ſſ. mittebatur
aut habita gratia augmentata
eſt quā in ꝯceptionis inſtanti re
cepat ſed totam aīe ſue capacita
tem Sed nec hodierna die apo
ſtoli primo. aut ſpiritū ſanctum
aut gratiā receperunt. quibꝰ an
te aſcenſionē dominꝰ dixit. Ac-
cipite ſpiritūſanctum quorū re-
miſeritis peccata. remittuntur
eis. Joh. 20. Quis hodie habi-
ta gratia. nō modice fuerit aug
mentata. ſm Leo. in ſmōe. feſti
uitatis preſentis. qui incipit.
Plemiſſime quidem. E
¶ Tali miſſione viſibili hodier
na ſpirituſſanctus datus eſt di
ſcipulis in ciuitate virtute ex al
to ſm ꝓmiſſionem acceptam ex
pectantibus. Poſt imolationē
nanqꝫ paſchalis agni chriſti do
mini. eiuſqꝫ reſurrectionis vi-
ctorioſe. illuceſcente die quinq̄
geſima. que eſt dies hodierna
vt Actu. hiſtoria. refert. ca. 2.
Cum omēs pariter eſſent in eo-
dem loco factꝰ eſt repente de ce-
lo ſonus. tanqꝫ ſonus aduení-
entis ſpiritus vehemētis reple-
uitqꝫ totam domū vbi erant ſe-
dētes. Inſolita ſcꝫ claritate ſm
Lirā. Apparueruntqꝫ illis di-
ſpertite lingue tanqꝫ ignis. ſe-
ditqꝫ ſupra ſingulos eorū. Spi
ritu ſancto ſcilicꝫ in figura ling
uarum ſupra ſingulorū capita
apparente. Et repleti ſunt om-
nes ſpiritu ſancto Intus in cor
dibus inuiſibiliter. vnde cepe-
runt loqui varijs linguis. ꝓut
ſpirituſſanctus da. elo. illis.
¶ F Ecce qꝫ aperte initio
gratie euangelice. reſpondet in
itium legis date. euangelij ꝑfe-

ctionem ſignificante. Ut enim
Exod. docet hyſtoria. c. 20. libe
rati de ſeruitute egyptiorum fi
lij iſrael. pergentes per deſertū.
vt in terram ꝓmiſſionis veni-
rent. Uenientes ad montem ſy
nai. q̊nquageſimo die imolati-
onis paſchalis agni. deſcendit
dominus in igne ſuꝑ montem.
comitante ſonitu bucine. toni-
truis et fulgoribus. decalogum
eis apta voce diſpoſuit. Ita im-
molato paſchali agno xp̄o domi
no (Etem̄ paſcha noſtrū imola-
tus eſt xp̄s. j. Cor. 5. Qui ſui ſā
guinis p̄cio nos a pctōꝝ ſuitu-
te redemit. Sueqꝫ reſurrectiōis
exemplo nobis ſpē ꝑpetue liber-
tatꝭ oſtendit ). 50. die ab eius re
ſurrectiōe hoc eſt hodie. ſpūſſan
ctus ad legis euāgelice p̄dicati-
onē ſimilibus inſignis viſibilit
apoſtolis miſſus eſt. nō ꝗ ſicut
figura a veritatis ſignificate de
ficit ꝑfectiōe. ita ea q̄ in legis da
tione oſtenſa ſūt ſigna. a donis
datis hodie apoſtolis ¶. S
Appuit q̊dem in mōte ignis. ſed
fumans. Appuit in cenaculo ig
nis ſed lucēs: qm̄ apoſtoloꝝ pec-
tora vt ait. Beda in. ome. vigi.
penthe. ſſ. inuiſibili luce ſcie radi
auit. ⁊ inextiguibili caritatis ar
dore ſuccēdit. ad intelligendā et
opandā altitudinē celeſtiū p̄cep-
torū. quā ibi montis cacumen ⁊
h̄ cenaculi altitudo idicat. Sz
hic omnes q̊ accipiebāt ſpm̄ in ce
naculo erant poſiti. Illic ppl'us
q̊dē oīs infra mōtē ſtabat. ⁊ pau
ci ſeniorum montis partem con
ſcenderunt. Solus moyſes in
ip̄m verticem (vbi in igne et cali
gine. diuina maieſtas prefulge-
bat) aſcendit. quia nimirum al
ciora et intima legis archana. ꝑ
fectiores carnalis iſtius populi
capere ſolum et ſeruare nouerāt
populus vero ſuperficiei littere
adherebat. Adhuc enim velum
oppanſum erat. qđ ſancta ſan-
ctorum contegebat. Nūc autem
data gratia ſpiritus ſancti ad in
telligendum ſublimius ſimul et
ad implendum perfectius ſanc-
ti euangelij dicta fidelium cor-
da ſubleuantur. Utrobiqꝫ ſoni
tus ingens auditur. ſed ibi ad
terrendum. hic ad conſolandum
hinc populus ille timore attoni-
tus ait moyſi. loquere nobis tu.
non loquatur nobis dominus.
ne forte moriamur. Ecce timor
¶ Apoſtoli vero accepta ſpiritus
ſancti conſolatione ibāt gauden
tes a facie conſilij. quia digni
habiti ſunt pro chriſti nomine
cōtumeliam pati. Actuū. 5. Et
iſti auditis legalibꝰ edictis vna
voce reſponderunt. omnia que
locutus eſt dominus audiemꝰ
et faciemus. ¶ Apoſtoli autem
illuſtratione ſpiritus. omniū na
tionum linguis dei magnalia
loquebantur. ad deſignandum
quia legis obſeruantia. vni tan
tum iudeorum genti data ſit.

Verbum vero euangelij. cūctis
ꝑ orbem gentibus p̄dicandum.
Et cūctoꝝ liguis populoꝝ xpi-
ane fidei eſſent ꝓconia edicēda.
Hec Beda H q Et qꝺ omni
bus ꝑfectius eſt. hijs ſignis apo
ſtolis appꝛntibus. ſ.ſ. viſibiliter
miſſus. coꝝ corda et ſctificabat
⁊ illuminabat. ⁊ inflāmabat. do
noꝛūqꝫ celeſtiū plenitudinē cōtu
lit. In ſignis vero ve. te. et ſi dei
p̄ſentia ſignificabatur ad legis
approbatiōm. nequaqꝫ tn̄ in eis
ſpūs ſanctus mittebatur viſibi-
liter ad populi ſingularē ꝑfectio
nē. qm̄ neqꝫ circa populū ſigna.
ſed in monte apud maieſtatē ap
paruere diuinā. Neqꝫ em̄ aliqn̄
in ve. te. legitur ſ.ſ. (vt Augꝰ ait
4. de trinitate) viſibilit̄ miſſus
Neqꝫ decuit ſignum plenitudi-
nis gratie exhiberi viſibilit̄. an-
te tempus plenitudinis gratie.
qꝺ a xpi aduētu incepit. vt vult
apoſtolus. ad. Gall. 4. Chri-
ſto vero aduenīete miſſus eſt ſpi
ritusſanctus viſibiliter xp̄o ⁊ a-
poſtolis Chriſto. nō inſtanti ꝯ-
ceptionis quo recepit ſpūſſancti
plenitudinē. ſꝫ dū iam ſe maiſe-
ſtare 30. etatis ſue āno incepiſſet
Et apoſtolꝭ. dū ſtatim mittēdi
erant ad ſalutē miſterialit̄ mꝺo
offerēdā. Cꝰ rationē aſſignat
Durandus in ſuo ꝑmo. diſ. 16.
Nam miſſio viſibilis fit ꝑncipa
liter ad ſcandū gr̄e plenitudinē
in eo cui fit. et hoc ſm q̄ poteſt
in alios redundare. Gr̄a xpi in
ceteros redundabat tripl'r effe-
ctiue ꝑncipaliter inquantū deꝰ.
Sed ſic ad eum nō fit miſſio ſꝫ
magis ſic mittit. meritorie inqn̄
tum homo. ⁊ miſterialiter. Me
ritorie redundabat in ſacramē
toꝝ collatōibus q̇bus efficatiā
meruit. ideo in baptiſmate vbi
tactu ſāctiſſime ſue carnis aq̇s
vim cōtulit regeneratiuā. vt ꝺt
Beda. miſſus eſt ad eū ſpūſſan
ctus in ſpē columbe. qꝺ eſt aīal
fecundum In ſua p̄dicatōe aūt
redundabat gr̄a miſterialiter.
qꝛ ꝑ eam hominū corda ad gra
tiam diſponebant̄. iꝺo tūc miſ-
ſus fuit ſpūſſanctꝰ in ſpē nubꝪ lu
cide. cuiꝰ eſt lucē receptam ſpar-
gere. qūo p̄dicatores doctrinā.
Ab apoſtolis aūt gratia ſolum
redundabat miſterialit̄. et hꝰ vel
ꝑ ſacroꝝ admīſtratōem. vel ꝟbi
p̄dicatōem. ꝓpter ꝑmū fuit miſ
ſus ad eos ſſ. in ſpecie flatꝰ. qn̄
dn̄s dicēs Accipite ſpiritūſan-
ctū quoꝝ remiſeritꝭ peccata re-
mittunt̄ eis. ꝯmiſit eis diſpenſa
tōem ſacramēti pnie. qꝺ eſt ma-
gis neceſſariū ſacramentū poſt
baptiſmū ⁊c. Flatꝰ nihil eſt eiꝰ
qui flat vel ſpirat. et in ſacramē
torum collatiōe miniſteriali. ni-
hil ex miniſtri bonitate vel mali
cia ꝯtrahit effectus ſacramenti.
ꝓpter ſcꝺm miſſus eſt hodie in
ſpecie linguarū, ignitarū vt eſſēt
ꝓflui verbis. et feruidi caritate.
atqꝫ ad ſuam et alioꝝ ſalutē ze-
loſi. Sic ergo patuit aliqualit̄

quid ſit ⁊ ad quid fiat miſſio vi
ſibilis ❡ Eſt etiā miſſio ſſ.
inuiſibilis. ad quā repſentandū
vt dictū eſt viſibilis miſſio ordi
natꝛ Quia ſicut eternalitꝛ a p̄re ⁊
filio cōiter ꝑcedit. ita etiā tꝑali
ter ab vtroqꝫ mittitꝛ et ꝑcedit.
cū ad ſanctificandū rōnalē crea
turam a p̄re et filio ⁊ a ſe ipo mit
titur. Ac deuotis mētibꝰ quoti
die datur. ꝑ ſpēalem ac inuiſibilē
vnionē. vt vult mgr̄. di. 14. p̄mi
Eſt quidē ſſ. imo tota trinitas ge
neraliter in oībus creaturꝭ ( In
cōmutabiliter tn̄ in ſe exn̄s ) po
tētialiter. p̄ſentialiter ⁊ eſſentia
liter. vt ꝑ Hiere. dn̄s ait. Nun
quid nō celū et terrā ego impleo
eiuſdē. 23. Et de ſſ. Sap. j. dꝛ.
Sp̄us dn̄i repleuit orbē terraꝝ
Eius em̄ potētie oīa ſunt ſubie
cta Oīa deniqꝫ cog̃ſcit ⁊ indi
ſtāter ſibi habet oīa p̄n̄tia Sin
guloꝝ deniqꝫ eſſentijs intimatꝛ.
vt nec ab extrinſico cuiꝰlibet rei
aliq̄tinꝰ diſtet. eſt ḡ in omibꝰ ſm
potentiā p̄n̄tiam ⁊ eſſentiam. vt
latiꝰ tractat doc. anglicꝰ diſ. 37
p̄mi. ❡ Spēaliter tn̄ ⁊ ex
cellentiori mō eſt in ſanctꝭ ſpiri
tibus ⁊ aīabꝰ. quas inhabitat ꝑ
grām. hoc aūt eſſe in aīabus. nō
ē aliud q̄ꝫ eas ꝑ grām quā ꝯfert
illapſu ſanctificatiuo acceptare
ad vitam. et in filios adoptare.
⁊ ſic nō eſt in his q̄ gratia gratū
faciēte carent. ſtante lege. Excel
lentiſſime aūt in xp̄o homine in
q̄ diuinitatꝭ plenitudo habitat

corꝑaliter Col. 2. In eo enim ē
ꝑ grām nō adoptōis ſꝫ vnionis
vt hꝫ mgr̄. di. 37. p̄mi Licet ḡ
ſſ. ſit in omnibꝫ homibꝰ Nō tn̄
oēs inhabitat. qꝛ nō oēs ꝑ grāꝫ
acceptat ad vitam. In his ḡ q̄s
acceptat ḡtificando. dꝛ habita
re. ⁊ mentes eorundē ad deū me
ritorie eleuare. Dicitꝛ etꝭ q̄n̄qꝫ lo
cutione vulgata eſſe in bonis et
nō in malis. ad hunc ſenſum. qꝛ
bonos acceptat ꝑ grām ad vitā
nō ſic malos. Et iſto mō idē eſt
dicere. deū eſſe in hoīe ⁊ eū ꝑ gra
tiam acceptare. Sic dꝛ venire
ad aliquos cū tn̄ ſit vbiqꝫ. qꝛ ali
quibꝰ nunc ꝯfert grām et ꝑ gra
tiam in filios adoptat. qui p̄us
erant inimici ⁊ nō grati deo Et
quāto maiora ⁊ plura in aliquo
oꝑatꝛ bona. q̄ꝫ in alio. tanto am
plius ⁊ plus in eo eſſe dꝛ ꝑ grām
ſuam. Plures auctoritates ad
hoc adduci poſſent. quas vide
diſ. 37. p̄mi. ❡ Talis itaqꝫ grē
inuiſibilis collatō. dꝛ ſſ. inuiſibi
lis miſſio et hoīs ꝑ grām adop
tatō Eya cariſſimi tā benigniſſi
mū hoſpitem colligere feſtinate
habitū retinete Eſt eniꝫ dulcis
hoſpes anime. dulce refrigeriū.
in labore reqes. in eſtu tēperies.
in fletu ſolatiū. vt hr̄ in pſa Et
hec de miſſione tꝑali vtcūqꝫ di
cta ſufficiant ❡ Sed dice
res. quō ſſ. in ſe datur nedum in
donis. p̄us ſe nō habenti. cū in
ſe ſit imutabilis. Nec alicubi eē
poſſit vbi p̄us nō fuit. qꝛ ds eſt.

Apud quē nō eſt tranſmutatio
nec viciſſitudinis obumbratio.
Jac. j. Ad hoc rn̄det doc. angli
cus diſ. jz. et. j8. ꝑmi Res dr ali
cui dari in ſe. cum in alteriꝰ do
miniū vel quaſi dominiū tranſ
fertur. Ita ꝙ illa aliꝰ vti poteſt
vt libet ad agēdum. hᵒ mō etiā
mos habet hominū. vt alter al
teri ſe dare dicat. cum ad hoc ſe
offert. ꝙ paratus eſt alterius pa
rere voluntati. facietqꝫ quecun
qꝫ alter rationabiliter ab eo fie
ri optabit. Cum ergo ſpūſſan
ctus illapſu ſuo ſanctificatiuo
hominem ꝑ gratiam inhabitan
do. paratus eſt hominē iuuare
in oī actione meritoria. et tan
dem eum in beatitudine ſubli
mare. dicitur quodāmodo vo
luntati hoīs obtempare. Stat
enim ad hoſtium et pulſat. Si
quis aperit ingreditur. Et nun
quā manum ſuam ſubtrahit.
Sic ergo hominē acceptando
per gratiam. et in actione meri
toria modo ſingulari eum iuuā
do. dicitur ſe homini dare. Poſ
ſent ad hoc aliquo mō aptari
exempla Joſue. jo. Quādo ſol
ſtetit in celo ad nutum homīs.
ita vt nec antea nec poſtea lon
gior dies fuerit. et Exod. 35. cū
ait dominꝰ moyſi. Dimitte me
vt iraſcatur furor meus contra
eos et deleam eos ꝛc. M
Cum autem ſpūſſanctus ſic
ſeſe homini dat. veluti donum
increatum ſemꝑ infundit etiam
gratiam gratumfacientē donū
creatum. quo anima ornatur et
in dei ſpōſam adoptatur. De
cuius effectibus. Vide ſmōe. 2.
de circumciſione domini. De
alijs vero donis que ſpūſſanctꝰ
cōfert. Vide in parte ſcda ꝑmi
ſmōis de feſto penthe. Item
quomō dona illa claruerunt et
patuerunt in apoſtolis Vide ſ
mone. 4. inferius de feſto pn̄ti.

## Pars tercia ſermonis ſecundi In feſto penthe. in or. ſmo. XXXVI. A

Quia vero (vt ex ꝑcedentibus ⁊ potiſſimū ex ſmone tercio de feſto preſenti ſtatim pꝰ Aue patet) neceſſarium eſt ho
mini ad vitam. quatinꝰ cor ſuū
prepet habitaculū ſpūi ſancto.
Nemo enim a deo glorificabit
in patria. quem hic in via non
inhabitat ſpūſſancti gratuita
preſentia Si quis enim ſpiritū
chriſti qui eſt ſpūſſanctꝰ nō ha
bet ait apoſtolꝰ Roma. 8. Hic
non eſt eius vt in ſmone tercio
pꝰ aue latiꝰ patebit. Jō expedit
imo ſūme neccīm eſt ad vitā ꝯſe
q̄ndā ſcire. quō hmōi hoſpitio
li ꝑpatio fieri debeat. Et licet h
elici poſſet ex ṽb themat ꝑmiſſi
clariꝰ tn̄ h edocet dici feſti euā
geliū. B Itaqꝫ vt ex euanᵒ
colligi pōt Joh. j4. Quattuor
faciūt hoīem capacē ſpūſſancti
ſcilicꝫ. Dilectio dei. quia eſt ſpi

ritus amoris dulcis et benignꝰ
Sap. j. Obſeruatio verbi. qꝛ
eſt ſpiritus veritatis Joh. j4.
¶ Pacificatio cordis. quia eſt
vinculum pacis vnde Solliciti
ſuare vnitatem ſpiritus in vin
culo pacis Ephe. 4. Gaudium
de ꝑfectionibꝰ diuinis. quia eſt
ſpūs paclitus tollens triſticiam
ingerens gaudium. ¶ De p̄mis
duobus ait dominꝰ in euange-
lio. Si quis diligit me ſermo-
nem meū ſuabit Quo fructu?
Sequitur. et pater meus dili-
get eum ⁊ ad eū veniemꝰ. ⁊ man
ſionē apud eum faciemꝰ ⁊c̄. Ecce
diligendus eſt a nobis dominꝰ
cum mandatoꝝ obſuatōne. vt
ad nos veniat pater et filius. et
māſionē in nobis faciat Haud
dubium quin ſpūſſanctus. de q̄
p̄us dixerat. Si diligitꝭ me mā
data mea ſua. ⁊c̄. Et ego roga-
bo patrem et aliū paclitum da-
bit vobis ſpiritum veritatis. vt
maneat vobiſcum in eternum.
Primū ergo eſt diligere deū af
fectu cordis. ſcd̄m effectu ope-
ris per mandatoꝝ obſuatiōem
Affectu cordis diligimus deū.
dū dulci ac benigno animo mo
uemur ad deum. ꝯgaudētes illi
in ſuis ꝑfectōibꝰ ⁊ cōplacenti
am habentes in eis. Hic affectꝰ
mentis noſtre in deum ꝓxima ⁊
imediata diſpoſitio eſt ad infu-
ſionem ſpūſſancti. vt vult doc.
anglicus et ſcotus ¶ ¶ Sed
quomō hunc amoris affectum

in nobis adquirere poſſumus ⁊
ꝑ hoc aptari ad ſpūſſancti rece-
ptionē Reſpondeo. duplici me-
dio. Remouendo impedimēta.
Adhibendo fomenta. ¶ Impe
dimentū huius amoris. et ꝑ ꝯſe
quens ſuſceptōis ſpūſſancti eſt
amor mundi. Nam et xp̄c dum
ſpiritū veritatis ſuis diſcipulis
ꝓmitteret addidit. Quē mūdꝰ
non poteſt accipere. Joh. j4.
Mundus. i. mundi amatores.
vnde Be. in omel'. vigil'. feſtiui
tatis hꝰ Quiſq̄s ꝯſolatōem fo-
ris in mūdi rebus inq̄rit hic di
uine ꝯſolatōnis munere intꝰ re
formari nō valet. Cū em̄ termi
motꝰ a q̄ ⁊ ad quē ſint ꝯrij. 5. ph̄.
Motꝰ autē receſſus eſt a t̄mino
a quo. ⁊ acceſſus ad terminū ad
quē. Termini ꝟo in diſpōne et
motu ad ſ. ſctm̄ ſunt mōꝰ ⁊ ſſ. et
hij ꝯrij. ſm illud Amicicia huiꝰ
ſeculi inimicicia eſt dei. Jō qui
vult eſſe amicꝰ hꝰ ſeculi. inimicꝰ
dei ꝯſtituit Jac. 4. ⁊ Joh. in p̄
ma ca. c. 2. Si q̄s diligit mōm
nō eſt caritas p̄ris in eo. i. ſſ. Re
linquēdus eſt igit̄ mōs. i. amor
mōi vt in nob̄ ſit amor dei. Et
q̄d dicimꝰ de amore mōi. Cum
amor carnis ſeu carnalis p̄ntie
xp̄i. ipedimentū fuit diſcipul' in
receptōne ſſ. teſte dn̄o Niſi ego
abiero paclitꝰ nō veniet ad vos
q. d. Niſi hāc carnalē dilctōꝫ a
vob̄ ſubtraxero. ñ eritꝭ digni vt
paclitꝰ veiat ad vos. q̄zdiu ei de
me carnal'r ſentietꝭ. ñ eritꝭ digni

ſiue ydonei vt ſpiritūſanctum
recipiat℥. hinc Bern̄. Delicata
eſt conſolatio diuina. et non da
tur admittentibus alienam.
D ¶ Dicis forte durus eſt hic
ſmo. ſi nemo ſaluat᷑ ſine inhabi
tante ſpū. Nec ſpiritū recipe p̄t
carnis et p̄ſentiū amator. ꝫ neō
ſaluatur Nam q̇s p̄t eē in mōo
et mūdialib⁹ rebus nō delectari
Immo nemo carnē ſuam vnq̄ꝫ
odio habuit. ſed fouet ⁊ nutrit
Eph. 4. ¶ Ad hui⁹ replice ſolu
tōem notandū. ꝙ hoies in hac
vita ſunt in triplici differentia.
Quidā in mōo et de mōo ſunt.
Quidā in mōo ſunt. de mundo
aūt n̄ ſunt. Et hȳ duplices vt in
fra d̄r. ¶ In mōo ſunt oēs mor
tales q̇ viuunt hac vita mortali
Sed de mōo ſunt q̇ ſm mōm
viuunt. i. qui toto deſiderio fal
ſis ⁊ pituris mundi bonis adhe
rent. eiſqꝫ adq̄rendis p̄ncipal'r
intendūt. Magnā ⁊ p̄mā curā
p terrenis. nullā p celeſtib⁹ hn̄t
p̄ntia amant. futura ꝯtemnūt
Carnis curam in deſiderȳs p̱fi
ciunt. vicȳs inſuiūt. ꝟtutes ne-
gligunt. ¶ In mōo ſunt et non
de mundo. qui in carne non ſm
carnem viuunt. ſed quorū vita
ratione regitur. virtutib⁹ orna
tur. In quibus mundi ꝯcupiſcē
tie p gratiam ſupant᷑. ¶ Hanc
differentiā innuit dn̄s Joh. 17
Dicens diſcipulos ſuos eſſe in
mundo. ſed non de mundo. Et
ideo nō rogat patrem vt tollat

eos de mundo. ita vt nō ſint in
mundo. ſed vt ſeruet eos a malo
id eſt peccatis et illecebris. q̇bus
tenentur qui ſunt de mundo
¶ Hȳ autē qui in mundo ſunt
et non de mundo. ſunt duplices
Quidam mōo in quo ſunt vtū
tur licet ſint q̄ſi non vtentes. vt
loq̄tur apoſtol⁹. j. Corinth. 7.
Qui ita habent tempalia vt nō
habeant᷑ ab eis. quibus p̄ſentia
tempalia ſunt in vſu Eterna in
deſiderio. Tercȳ q̇dem in mun-
do ſunt. qꝛ in carne viuunt. ſed
mundū cum ſuis ꝯcupiſcentȳs
penitus reliquerūt. puri et nudi
chriſtum ſequūtur. abdicant di
uicias. voluptatib⁹ renunciant
ſub arta obedientia ꝑpter deū
ſe ꝯſtringunt. Quales ſunt per
fecti. De quib⁹ veritas ait. Si
vis perfectus eſſe vade et vende
omnia que poſſi. et da paupib⁹
et ſequere me. Matth. 19.
¶ Primi ſpirtūſanctū inhabita
torem habere non poſſunt: dicē
te domino. Spiritū veritatis
mūdus non poteſt accipe. Mū
dus. id eſt amore mundi implex
us Ab illo nos reuocat Joh di.
Nolite diligere mundum neqꝫ
ea que ſunt in mundo. Quare.
quia qui diligit mundum. non
eſt caritas patr℥ in eo. Et quid
intelligat p mūdum et p ea que
in mundo ſunt. ſtatim exponit
dicens. Omne quod eſt in mun
do. aut eſt ſuperbia vite aut ꝯcu
piſcētia oculoꝝ ꝛc. ⁊ alibi. Tot⁹

mūdus in maligno.i. malo igne poſitus eſt. Per mōm ꝗ intelligit vicia mūdi.i.hoīm ſm mōm viuentiū ¶ Sc̄do ſpm̄ſanctum habēt inhabitatorē quantū ad nc̄cia ſalutis. quō eum apoſtoli habuerūt adhuc carnales ante aſcenſionē ⁊ reſurrectōz domini Quō etiā hunc habēt oēs electi vn̄.j.Coꝝ.3. Neſcitis q: tē.dei ſanctū eſt.qd̄ eſ.vos et ſpiritus dei habitat in vobis. ¶ Tercij hn̄t ſpiritūſanctū nō ſolū q̄ntū ad neceſſaria ad ſalutē.ſ3 ad ſingularē ꝯſolatōz ⁊ familiarē dilectionem ⁊ gr̄e plenitudinē Sic hodie acceperūt apl'i et ceteri fideles.coꝝ exemplo oīa relinquētes. ¶ Et ꝑ hoc patz ſolutio replice. Qm̄ et ſi quelibet cōſol'o mundi impedit ꝯſolatōem ſpūs ſm plenitudinē ſolū.tn̄ illa que querit̄ ꝯtra preceptū dei repellit ſſ.quantū ad nc̄cia ſalutꝭ. E

¶ Nunc ꝗ qui mōo alligati.ſed nō victi ſunt a mūdo.q: nondū poſſunt recipe quantū ad gr̄e et plenitudinē ꝯſolatiōis.vt hunc recipiant quantū ad neceſſitatē ſalutis imitent̄ apl'm.j.Coꝝ.7 di. Qui habēt vxores tanq̄z nō habētes ſint. Et qui flent tanq̄z nō flentes. Et qui gaudent tanq̄z nō gaudentes. Et qui vtunt̄ hoc mundo tanq̄z non vtantur Preterit em̄ figura mūdi hui⁹. ¶ Que expōnēs b. Greg.omel'. 36.ſiue dn̄ica.2.poſt penthe.dt Vxorē habet quaſi non habeat qui ſic ſtudet placere coniugi.vt nō diſpliceat creatori.flet ſ3 tanq̄z non fleat qui ſic tp̲alibus damnis affligit̄.vt tn̄ d eternis lucrꝭ animū ſemp̲ ꝯſoletur. Gaudet tanq̄z nō gaudeat qui ſic tēp̲alibus bonis hilareſcit.vt tn̄ ſp̲ ꝑpetua tormenta ꝯſideret. Et h̄ qd̄ mentē gaudio ſubleuat hāc ꝯtinuo pondere ꝓuidi timoris premat. Emit aūt quaſi nō poſſidens.q̇ et ad vſum terrena preparat.et tn̄ cauta cogitatione ꝓuidet.q̲ hec ſtatim relinquat. Mundo q̄z vtitur ſed quaſi nō vtatur.q̇ neceſſaria cūcta exterius ad vite ſue miſteriū redigit. et tn̄ hec eadē nō ſinit ſue menti dn̄ari vt ſubiecta foris ſeruiant et nunq̄z intentōnē aīmi ad alta tendentis frangant. Si ſic terrena omīa n̄ ad deſideriū.ſ3 ad vſum aſſint.vt reb⁹ neceſſarijs vtantur.ſed nihil cum pctō hr̄e cupiant. De ipſis quoq̄z habitꝭ quotidie mercedes querant.et plus gaudeant de bono ope q̄z bona poſſeſſiōe. Sic mōo vtentes et corpus ſuū nutrientes.a ſpūſſancti p̄n̄tia nullaten⁹ excludunt̄. f ¶ Fomenta ꝓ q̇bus amor dei adq̇ritur.ſunt iuges ⁊ deuote meditatōes diuinoꝝ beneficioꝝ.exhibitoꝝ ⁊ ꝓmiſſoꝝ. per has ad diuine bonitatꝭ ardorem deuenim⁹. ¶ Bonitas em̄ rei intrinſica nō aliter nobis q̄z ꝑ opera ab ea ꝓcedentia innoteſcit. Ex his aūt attentis me

ditatōibus exardeſcit ignis di-
uini amoris teſte ꝓpha. In me-
ditatōe mea exar. ignis. haud
dubiū q̇n amoꝝ ꝛ ṗ⁹ q̇dē amoꝝ
mercenariȷ̄ ſiue ꝯcupiē gignit̄ ex
hmōi meditatōe bn̄ficioꝝ. q̊ ꝓ-
pter bn̄ficia nob̄ exhibita dili-
git̄ ds̄ Ac deinde ex meditatiōe
diuīe bonitatis q̄ in ſe ds̄ eēnti-
aliter bon⁹ eſt. oritur dilectio fi
lialis ſeu amor amicicie. q̄ eſt im
mediata diſpoſitio ad infuſiōꝫ
ſpūſſancti. ¶ Et licet bona nob̄
a deo collata innūerabilia ſint.
qm̄ ab ipſo ſit oīa bona. ſi quid̄
nulla bona a deo nō collata co-
gitari poſſunt. Ex quo. ꝑ quē. ꝛ
in quo ſunt oīa Ro. xj. Ipſe ṗn
cipiū et finis toti⁹ boni. q̊ apit
manū et implet omnia bonitate
Ps̄. joꝫ. tm̄ ꝓ faciliori memoria
diuinoꝝ beneficioꝝ. poſſunt ipa
in genere reduci ad quendā nu-
merū ſiue mēbra. Sunt ergo di
uina dona et beneficia nobis ce
litus collata duplicia ſcꝫ. increa
ta et creata. Creata ſunt multi-
plicia ſcꝫ. nature. fortune. grē. ꝛ
glorie. Nature inq̄ꝫ corpis ꝛ aīe
In quib⁹ notanda eſt ſupexcel-
lentia donoꝝ dei ſup dona ho-
minū In magnitudine. multitu
dine. ꝑfectiōe. neceſſitate. ꝛ ſin-
gularitate. Nullū em̄ donū ma
ius celo et elementis. Oia deni
qꝫ creata et increata dei ſunt.
Et infuſa nobiliora ſunt adqui
ſitis. Dei etiam dona plus neceſ
ſaria ſunt ꝛ quedam a ſolo deo
haberi poſſunt. vt aer. aqua.
ſine quibus nec homo eſſe. nec
bene eſſe poteſt ita de alijs ele-
mentꝭ. gratia etiam ad ſalutem
neceſſaria a ſolo deo eſt. Item
dei dona nullo p̄cio comparari vel
app̄ciari poſſunt. ſecus d̄ donis
hoim. Bona increata ſunt pr̄
filius ꝛ ſſ. Nō ſuffecit deo omia
creata dare nobis. niſi et ſeipm
daret. Pater ſe nobis dat in p̄-
mium. fili⁹ in p̄cium. ſſ. in pign⁹
certiſſimū. hec omīa teſtant̄. qm̄
nobis bonus et optimus eſt de⁹
Et ideo merito ſaltē amore mer
cenario et ꝯcupiē a nobis diligē
dus. ¶ Sed ſi cauſa attendit̄.
nulla ex nob̄ inuenit̄. Quid em̄
apud deū mereri potuim⁹ prius
q̄m eſſemus. vt ꝓduceret nos. q̇
futuri. ſibi ( q̇ ſolus ſufficiens )
nihil adijcere potuim⁹ Sed q̇d
mereri potuim⁹. dum creati. re-
bellantes inimici. et totius miſe
ricordie ꝛ bonitatꝭ īdigni penas
ſoluere debuim⁹. Sola ḡ cauſa
tantoꝝ beneficioꝝ intrinſica et
eſſentialis. bonitas eſt dei. q̄ nul
lis noſtris meritis prior dilexit
nos. Teſte euangelio hodierno
Sic deus dilexit mundū vt fi-
lium ſuum vnigenitū daret ꝛc̄.
Huius aūt amoris. ex ſola eſſen
tiali et intrinſica dei bonitate ꝑ
cedentis diligens meditatio. ex
citat in nobis dilectionem ami-
cicie. qua eū ꝓpter ſeipm ( quia
bon⁹ eſt ) diligim⁹. qua dilectōe
tanq̄ꝫ ṗncipaliſſima diſpōne in

nobis exiſtente. ſine mora ſſ. illa
bitur. Non em̄ pōt hec dilectio
ſtare ſine ſſ. cū ſit diſpō ſufficiēs
et imediata. ¶ Non em̄ eſtiman
di ſunt hoīes. ſꝫ lapides adamā
te duriores. quos tantoꝝ memo
ria bn̄ficioꝝ ad diligendū deū
non emollit. hinc Bern̄. ſ. 2. de
pēthe. poſt recitatōem bn̄ficioꝝ
dei. O duri ⁊ indurati filij adā
quos nō emollit tanta benigni-
tas. tanta flām̄a tam ingens ar-
dor amoris. tam vehemēs ama-
tor. qui ꝑ tam vilibꝰ ſarcinulis.
tam ꝑcioſas merces expendit.
h ¶ Ex illo amore ſummi boni
fluunt cetera. ad ſſ. ſuſceptōꝫ di
ſponentia ſcꝫ obſuatio ſmonis
dei. Nā et hec obſuatio ē amor
effectiuꝰ ſine q̄ amor affectiuꝰ nō
ē verꝰ. neqꝫ em̄ ꝑfecte ⁊ efficacit
vult deū oībus dn̄ari. q̇ nō vult
deo oīa ſuire ⁊ ſbeſſe. ſꝫ nō vult
oīa ſubeē dō q̇ ꝑ mandatoꝝ eiꝰ
ɔtēpt ūvult ipſi obtꝑare hic q̄ſi
ɔn̄s necēio infert dn̄s. obſuātiā
ſui ſmōis. h ē mādatoꝝ ad amo
rē ſui d. Si q̇s di. me ⁊c̄. ſmonē
meū ſuabit. ⁊ i eodē. c. q̄ſi nihil
interſit inter diligere deū ⁊ man
data ſuare ait. Qui habet man
data mea in memoria. et ſuat ea
in ope. hic eſt qui diligit me. Et
Joh in. j. ca. c. 5. Hec eſt inq̇t ca
ritas. vt mandata eiꝰ cuſtodiāꝰ
Et beatꝰ Grego. Caritas ocio-
ſa nō eſt. operatur magna ſi eſt.
Si autē oꝑari rennuit. caritas
nō eſt I ¶ Ex eodē amore etiā

ſeq̇tur pax cordis. Pax interna
licet nō externa huiꝰ mūdi. quā
neqꝫ dat neqꝫ exigit ſpūſſanctꝰ
Hinc cū dominꝰ dixerat in euā
gelio Pacem relinquo vob. pa-
cem meā do vobis. Statim ad
didit. Non quō mundus dat
ego do vobis. ☞ ¶ Eſt em̄ pax
exterior quā mundus dat. nihil
aliud. niſi quies exterior. qua
quis ſine moleſtia vtitur bonis
tempalibus mundi. quā frequē
ter concomitatur multiplicatio
peccatoꝝ. ſm illud Deutro. 32.
Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recal
citrauit. et illud ps̄. Pacem pec
catorum videns. hanc pacem au
fert deus a ſuis dilectoribus. ac
per multas tribulationes intro
ducit in regnum celorum. Act.
.14. hinc. 2. Thimo. 3. Omnes
qui pie volunt viuere in chriſto
ꝑſecutionem pacientur. ☞
¶ Pax autem cordis ſiue con-
ſcientie conſiſtit in tribus. que
in ipſo homine debent ordinari
vt ſcꝫ p̄mo intellectus nō obſcu
retur errore Scđo voluntas ab
intellectu non diſſideat ſua libe
ralitate. Tercio ſenſualitas nō
obruat arbitrium ſua paſſione.
Quarto in ordinata obediētia
ad deum per amoris indiſſolu-
bilis vinculum. Quinto in or-
dinata affectōe ad primū ꝑ cari
tatꝭ ɔſortiū Et ſm hāc diffinit
pacē. Augꝰ in xb dn̄i. Pax eſt
ſerenitas mentꝭ. Simplicitas
cordis. Tranquillitas animi.

amoris vinculū. ꝯſortium cari-
tatis. referendo ſuo ordine clau
ſulas ad q̄nqꝫ p̄dicta. In corde
igitur qꝺ diuina dilectiōe eleua
tur. ratio non errat. paſſio non
vīncit. anim⁹ deo ſubījcit. et cō
cordia ad ꝓximū ꝯſuatur. imo
ſm Aug. 19. de ciuita. dei. c. 14.
Omnis pax hois bona. in dile-
ctione dei fundat. Conſeq̄tur
itaqꝫ dilectōnem dei pax bona.
ſm illud ꝓphete Pax multa di
ligētib⁹ legē tuā. Ps. 118. Quā
in ſuo habitacl'o req̄rit ſ. ſanct⁹
ſm illud Iſa. vlti. Sup quē re
quieſcet ſpūs meus? Sup hūi-
lem et q̄etum. hoc eſt pacificum
¶ Ex eodem amore dei. ſeq̄tur
gaudiū de ꝑfectōibus diuinis.
Nam q̄ amat. bene vult ei quē
amat. Cum aūt implet volitum
ſeq̄tur delectatio mētis. que eſt
gaudiū. Ad hmōi gaudium fre
quenter nos ſcriptura hortatur
dicens. Letami in dn̄o. Gaude
te in dn̄o ſp ꝛc. ¶ Hec q̄ttuor q̄
ex dici feſti euāgelio colligi pn̄t
diſponunt hoīem ad dignā ſpi-
ritusſancti receptōem et ad p̄pa
randum ſibi habitaculū in quo
manere placet ꝑ illapſum ſancti
ficatiuū ꝛc. ☞ ¶ Hic ſmo vlti
mus ſeu ps vltima ſmonis hui⁹
correſpō det euangelio dici pen
theco. quod ſi predicare placet.
poteſt hic ſermo adaptari vt ia-
cet ad diem feſtum.

¶ De eodem Sermo
III. In ordine. XXXVII.

Apparue
runt illis diſper
tite lingue tāq̄
ignis Act. 2 A Dies no
bis fratres gratiſſimus illuxit q̄
ſancta ſolēnitas fideliū fulget a
ſpectibus. ferueat nunc in cordi
bus. Celebram⁹ quippe diē iſtū
quē ſpūſſanct⁹ nouis munerib⁹
ꝯſecrauit. q̄ qm̄ eidē ſ. ſ. dedicat
nulli oīno feſtiuitati ſcd'a habet
Quis em̄ hodiernā celebritatē
vel patris aut filij feſtis poſtpo-
neret. niſi qui cū impijſſimo ma
cedonio heretico. ſpm̄ſanctū pu
taret eſſe inferioris nature. ꝛ nō
firmiſſime crederet ꝛ catholice
ꝓfiteret. ſpm̄ſanctū patr꜡ ꝛ filij
eſſe Nō ſicut q̄cunqꝫ creatura q̄
patr꜡ et filij eſt. ſed ſicut in vtro
qꝫ viuens et potens. et ſempit̄ne
ex eo qꝺ eſt pat̄ filiuſqꝫ ſb̄ſiſtēs
Non attendens horribilē ꝯmi
natōem filij dicētis Matth. 12
Quicunqꝫ dixerit verbū ꝯ̄ filiū
homis remittet ei. Qui aūt di-
xerit verbū ꝯ̄ ſpm̄ſanctū non re
mittet ei. neqꝫ hic in ſeculo hoc
neqꝫ in futuro. Permanēs nāqꝫ
in hac impietate ſine venia eſt.
ait Leo ſmo. hui⁹ feſti qui inci
pit. hodiernam ſolēnitatē. q꜡ ex
cluſit a ſe eum ꝑ quē poterat re-
miſſionē ꝯſequi pctōꝝ. Nos ꝟo
qui cū ſancta matre eccleſia eod̄
ſpū edocti. ꝯfitemur beatiſſimā

trinitatem eſſe vnū deū. atq3 in
tribus pſonis. nec ſubē. nec po-
tentie. nec voluntatis. nec opati
onis vllam eſſe diuerſitatē nihil
diſſimile. nihil impar. ſed omīa
que de illa poſſunt ſubā cogita
ri. nec ꝟtute nec gloria. nec eter-
nitate fore diſcreta. magnitudi
nē feſti ac ſolēnitatē diei pſentis
nō ignoram⁹ in quo idem ſſ. ſine
initio a patre et filio in diuīe na
ture idēptitate verus deus ꝓce
dens. et ab initio humane crea-
ture ſanctificandis pr̄ibus ⁊ ꝓ
phetis. cūctiſq3 electis inuiſibili
ter miſſus. viſibiliter hodie miſ
ſus diſcpulis. euidenti⁹ genera-
lius atq3 copioſius eſt illapſus.
ſicut ait Bern̄. ſmo. 2. de hac fe
ſtiuitate. Spūſſanct⁹ ꝓcedens
a patre. largiore munere ſue ma
ieſtatis in apl'os ſupuenit. ⁊ tri-
buit eis cariſmatū dona. Dum
in eodem cenaculo ꝯgregatis ap
paruerūt illis diſptite lingue tā
q3 ignis De q̇bus vt ſmo detur
ignitus dicamus. Ueni ſancte.
Aue. CB Hodiernā ſolēni
tatem miſſiōis ſanctiſpūs ad rō
nalis creature ſanctificatō3 ne-
mo puipendat fidelis. Ipſa em̄
quaſi cōſūmatio ſiue pfectio eſt
omniū aliaꝝ feſtiuitatū. Nā in
receptiōe ſummi hui⁹ doni tota
noſtra ſalus pficitur et conſiſtit
Hinc ait apl's Ro. 8. Si quis
ſpm̄ xpi nō habet hic n̄ ē ei⁹. Q
ſi ſpūs eius q̇ ſuſcitauit ieſum a
mortuis. habitat in vobis. viui

ficabit et mortalia corpa vr̄a ꝓ
pter inhabitantē ſpm̄ in vobis.
Quicūq3 em̄ ſpū dei agūtur hÿ
filÿ dei ſunt. Ad hoc q̇3 cetera
omīa p xp̄m nobis impēſa ordi-
nata ſunt vt ſpū inhabitāte ſan
ctificaremur. ſic ait apoſtol⁹. j.
Theſ. 4. Hec eſt voluntas dei
ſanctificatio veſtra Ad hoc xp̄c
ſaluator noſter deſcendit. labo-
rauit vſq3 ad ꝯſummatō3 cruc̄
vt affixis cruci peccatꝫ nr̄is pur
garemur. ſicq3 digna ſanctiſpūs
habitatio efficeremur. Idō rur
ſus ad celos aſcendit. vt diſpoſi
tis habitaculis inde mitteret ſſ.
ſicut ipe ait Si abiero ad pr̄em
mittam paclitū ad vos Joh. j6
Nec ꝓdeſſet nob̄ vniuerſus xp̄i
labor ⁊ actio in aſſumpta carne
exhibita niſi inhabitāte ſpū vi-
uificaremur Hinc ait Joh. j6.
Spūs eſt qui viuificat. caro nō
ꝓdeſt quicq̄3 ſc3 ſine ſpū. Ipſe
em̄ ſua inhabitatōe vniuerſa cō
fert ꝯmoda ac neceſſaria ad ſa-
lutem. C Nam declinare nos a
malo ipſe facit. ſic dn̄s dum loq̄
retur de ſpū quē erant accepturi
credētes in eū. ait Joh. j6. Ille
arguit mōm de pctō. i. mū danā
mentē. Nec ſolum arguit ſed et
lacrimaꝝ flumina penitentib⁹ q̇
bus abluantur peccata ipſe tri-
buit. ſicut dicit apl's. Nam q̇d
orem⁹ ſicut optet neſcim⁹. ſ3 ipe
ſpūs poſ. ꝓ nobis ge. inenarra-
bilib⁹. i. poſtulare nos facit. ſm
glo. Ro. 6. Sed ⁊ pctā ipſe re-

mittit. Hinc cū diſcipulis data
ē ptās ſoluēdi audiert Accipite
ſſ. q̄x remi. pctā ꝛc. vt clare ondē
ret cui⁹ ꝟtute ſoluerēt ꝛ ligarēt.
Ipē eſt q̇ carnalit̄ natū ac ꝯuer-
ſatū r̄generat ad ſalutē ſic̄ ſcrip
tum eſt. Niſi quis renatus fue-
rit ex aqua ꝛ ſpū nō poteſt intro
ire regnum dei Joh. 3. qꝛ caro ꝛ
ſanguis regnū dei poſſidere nō
poſſunt. j. Cor. 15 Qđ ꝓo natū
eſt ex carne caro eſt. ꝛ qđ natum
eſt ex ſpū ſpūs eſt Joh. 3. Ipſe
deniqꝫ facit opari bonum. qm̄
adiuuat infirmitatē noſtrā mul
tiplici iuuamie. ſic̄ in pſ. ꝛ hym
nis eccleſia multipl'r decantat.
Et vt paucis multa ꝯcludā. q̇d
quid virtutis eſt. quidq̇d bn̄fi-
cij. quidq̇d gr̄e cuiuſlibet gratꝫ
date ſiue gratū facientꝫ. aut bo
num quodlibet. non niſi p hunc
ſpm̄ datur nobis. Propter qđ
apl's. j. Cor. 12 Diuiſiōs inquit
grāx ſunt. vnus aūt ſpūs Et ſeq̇
tur. vnicuiqꝫ datur maifeſtatio
ſpūs ad vtilitatē. alij quiđ p ſpi
ritū datur ſmo ſcie. alij ſmo ſa-
pientie ſm eundē ſpiritū. alteri
fides in eodē ſpū. alij gr̄a ſanita
tum ī vno ſpū. alteri opatio vir
tutū alij gn̄a liguax Alij ꝓphia
alij diſcretio ſpirituū. alij intp-
tatio ſmonū. hec āt oia opat̄ et
coopat̄ vn⁹ atꝫ iđ ſpūs diuidēs
ſingul'. put vult ¶ Sol⁹ ḡ
ſpūs eſt q̇ ſufficit ad ſalutē etiā
ſine alijs. qm̄ ipo inhitāte pſtat
oia abūde. ſine q̄ vniuerſa n̄ ſuf
ficiūt. qm̄ ipē eſt pign⁹ heredita
tis nr̄e Eph. j. Exemplicā Niſi
q̇s rena. fu. ex aq̄ ꝛ ſpū ꝛc̄ vt ſ̄ di
ctū eſt. Uex eſt ſi aq̄ pōt hr̄i. q̄ ſi
abſit. ſufficit baptiſari ī ſpū ſcō
ī q̄ niſi q̇s baptiſet̄ nihil ſufficit
baptiſm⁹ aq̄ ad ſalutē. Sic̄ ma
nifeſtū ē đ baptiſmo Joh. q̇ cor
pa lauit. ſꝫ aīaꝫ nō mūdauit. vt
docet ap⁹ Act. 19. ꝛ mgr̄. 4. ſen.
diſ. 2. Et ſic de alijs ſacr̄is in q̇-
bus oib⁹ ſſ. opat̄. qui etꝫ ſine eis
ſanctificat. ſine ſpū āt ſacra nū-
q̄ꝫ. Cū āt dico ſolū ſpm̄ nob̄ ſuf
ficere aut ſolū ſpiritū ſalutē no
bis p̄ſtare ꝛ gr̄am. nō intelligēđ
eſt q̄ſi pr̄ et fili⁹ excludant̄. q̄nīā
q̄x vna eſt ſubā ꝛ voluntas. etiā
opatio eſt indiuiſa. Deniqꝫ ni-
hil ſine pr̄e et filio opat̄ ī nob̄ ſſ.
a q̇bus p eternā ꝓceſſiōem acce
pit vt opet̄. Sic itex pr̄ eſt in fi
lio ꝛ fili⁹ in pr̄e p circūinceſſiōꝫ.
vt hr̄ Joh. 14. ita ꝛ ſſ. eſt in pr̄e ꝛ
filio. ꝛ pr̄ ꝛ fili⁹ in ſſ. Licet de
niqꝫ ſeipm dat ſpūs ei⁹ ei cui il
labit̄. nihilomi⁹ tn̄ datur atqꝫ
mittit̄ ꝛ viſibil'r ꝛ inuiſibiliter a
pr̄e et filio. neqꝫ venit ſine patre
et filio. ſed veniēte ſpū ſcō ſimul'
tota t̄nitas illabit̄. vt hr̄ ex euā°
hodierno Que cum ita ſint. cur
oīs gr̄oſa ꝛ ſalutifera opatio at
tribuit̄ ſpūi ſcō. in ſmōe p⁹ tāgit̄
¶ Idcirco mō his dimiſſis.
videā⁹ q̇d ſibi vult ignis. q̇d lin
gue ī q̇b⁹ viſibil'r ſſ. lucas refert
miſſū Qm̄ ꝛ ſi cetera vniūſa ple
na ſunt ſacris. non tn̄ explicare

poterit ſmo huius Referēte igit̃
luca. Dū cō. di. pen. hodierna ſ.
dic. 50. a reſurrectiōe ac decima
a dñica aſcenſiōꝫ. ɔgregatꝫ oib⁹
in cenacl'o diſcipul' ſm mādatū
dñi aſcendētꝫ. Uos inq̇t ſedete
i ciuitate donec induami v̄tute
ex alto Lu. vl. Fact⁹ eſt re. de ce.
ſo. tꝙ aduẽi. ſpūs. i. venti vehe
mētꝫ ꝛ reple. to. do. vbi erāt ſedē
tes. inſolita ſcꝫ claritate. vt dic̃
Lyra Et appuerūt illis diſ. lig.
tā. ig. ſeditqꝫ ſup̃ ſingulos eoꝝ.
ignis ille. linguaꝝ figurā hñs.
Et reple. ſūt oēs ſſ. et ce. loq̇ put
ſſ. do. eloq̇. illis Facta āt hac vo
ce tam ſonitus qꝫ laudis apl'oꝝ.
ɔuenere viri religioſi iudei. qui
de diuerſis natōib⁹. quaꝝ aliq̄s
enūerat lucas ad q̄s pentes eoꝝ
ducti trāſlati ac venditi fuerāt.
i captiuitatib⁹ regū. ſalmāſar.
nabuchodonoſor. ꝛ anthiochi.
nec q̄ntū ad hītatiōem redierūt
in iudeā. Nūc āt feſtiuitatꝫ grā
ɔfluxerant in hieruſalē Stupe
bātqꝫ mirātes. qm̄ audiuit vn⁹
quiſqꝫ lingua ſua illos loq̄ntes
maḡlia dei Exponētib⁹ āt diſci
pulis. qm̄ ſſ. eſſet grā quā cerne-
bant olim quid voce pphaꝝ p-
miſſa. tunc āt ex munere miſſa.
crediderūt ex eis. 3000. viroꝝ. ꝛ
baptiſati acceperūt et ipſi ſſ. do
nū Hec eſt diei h⁹ ānua celebri-
tas. Hec grē celeſtis ſp ḡta feſti
uitas In linguis itaqꝫ igneis
corpalib⁹ ocul' appntib⁹ ſup̃ ca-
pita ſingl'oꝝ miſſus ē ſſ. viſibil'r

non ꝙ lingue ille fuerint ſpirit⁹
ſanct⁹ aut ſpūiſancto ſpāli vni-
one vnite. ſed ſigna fuerunt cor
palia. ad h̄ appentia. vt ſignifi
carēt ſpm̄ſanctū inuiſibiliter ill'
illapſum. apud quos ipa viſibi-
liter appuerūt. vt vult Aug⁹. 2.
de trini. c. 8. et Mgr̃. diſ. 16. p̄-
mi. Hoc eſt viſibiliter mitti ali-
cui ſpiritūſanctū. aliq̇b⁹ corpali
bus ſiue ſenſibilib⁹ ſignis circa
creaturā rōnalē appntib⁹. repñ
tare pñtiam ſſ. eandē creaturaꝫ
ſanctificatiue inhabitantꝫ ¶ E
Sꝫ di. forte q̄uo ſenſibilia ſig̃
pñt repñtare pñtiā ſſ. inuiſibi-
lis. ac nullo ſenſu pceptibilis. cū
rep̄ſentatio omnis fiat rōne ali
cui⁹ ſimilitudinis. ſed inter ſen-
ſibile et inſenſibile nulla oīno ca
dit ſimilitudo. ¶ Sed ad hoc
plane dicit̃. ꝙ inter ſenſibilia et
inſenſibilia nō deficit ſimilitu-
do pportiōꝫ. q̄nā repit̃ aliq̄ ſil'i
tudo vel ɔformitas in ſpūalib⁹
ad ſeipſa vel ad ſuos effect⁹ aut
ppetates ſpūales. qualis eſt reꝝ
corpalium ad ſe vel ſuos effect⁹.
vel ppetates corpales. ſm quē
modū ſacmenta viſibilia dicūt̃
forme vel ſil'itudines gratie in-
uiſibilis. ſm beatū Aug. 14. de
ciuita. dei. c. 4. ¶ Ignis autem
materialis ido ſpiritūſanctū ſi-
gnificat. qꝛ amorē ſimilitudine
ml'tiplici rñtat. pp̄ter qd̄ amor
freq̄nter in ſcptura ignis dicit̃.
Quo vri ppha expoſtulabat d.
Ure renes meos et cor meum

dn̄e. Pſ. 25. Et ab amore ferui
diſſimo. ſupmus angelorꝝ chorꝰ
ſeraphin qđ ardens interpretat̃
nomē hꝫ. Et oēs angeli lapides
dicūt̃ igniti. Cꝰ ꝓpetates euol-
uere ad inſtar ignis ſ̃mōis bre-
uitas nō admittit Amor aūt ſſ.
eſt. et excellentiſſimū ſpūſſancti
donū. Amor increatus ipe ſpūs
ſanctꝰ eſt. nō ſolū eſſentialr̃ qūo
⁊ pater eſt amor. et filiꝰ eſt amor
ſed notionaliter. i. amor ſpiratꝰ
Cui etiā amor eſſentialit̃ appro
patur. eo ꝙ a p̄re et filio ꝓcedit
ꝑ modū volūtatis ſiue amoris.
Deniqꝫ pater ⁊ filius diligere ſe
dicunt̃ ſpū ſctō. vt tradit Augꝰ
6. de trini. et recitat Mgr̄. diſ.
32. qꝛ amādo ſe amore eſſentiali
ſpirant ſanctū ſpm̄ tanqꝫ amo-
ris donum infinitū patri ⁊ filio
ꝑ omia coequale. qđ pater impē
dit filio. et filius rependit p̄ri.
vt dicit Richar. in ſuo de trini.
Et ob idem nexus dr̄ ⁊ ꝯmunio
vtriuſqꝫ. p̄rem ſcꝫ ⁊ filiū dilectū
et redilectū ꝑ modū doni vnien
tis. Et qꝛ mltiplici rōe ſſ. amor
eſt increatꝰ. ideo igne qui amorꝫ
eſt repſentatiuꝰ ſ̃catur. ⁊ ignis
dr̄ teſte ſaluatore Luce. 12. Ignē
veni mittere in terrā. i. ſpm̄ ſctm̄
ſ̃m Glo. ¶ Amor deniqꝫ
creatus ipa caritas ſcꝫ. donū eſt
ſpūſſancti ꝑ appropriatōem. do
num tale a quo nunqꝫ ſepatur.
Nunqꝫ em̄ caritatem infundit
menti rōnali quin ſeipm̄ donet
Nec aliqn̄ illabit̃ abſqꝫ dono
caritatis. Qm̄ ⁊ ſi in oibus cete
ris donis diuiſiōes grāꝝ ſunt. ⁊
inter ſe et a ſpūſancto Inter ſe.
qꝛ vna ſine alia datur vt ſ̄ tactū
eſt. Et a ſpūſancto. Dantur em̄
cetera dona etiā reprobis ⁊ actu
in mortali pctō exn̄tibus. q̇bus
nō illabitur ſſ. ſicut ptꝫ de dono
fidei. nam ſ̃m iacobū. Demōes
credunt ⁊ ꝯtremiſcūt Eſt quoqꝫ
in pleriſqꝫ fides mortua Sic ca
yphas ⁊ balaam donū habuere
ꝓphetie. quos tn̄ nō inhabita-
uit ſſ. His em̄ dumtaxat illabit̃
quos inhabitat ſanctificatiue.
quos et intima ſua p̄ſentia regit
et gratificat, et aſſiſtit ad opera
meritoria exercēda. Tn̄ ob hoc
caritatꝫ nullatenꝰ patit̃ diuiſio-
nem. ſic ait apl's Ro. 5. Caritas
dif. eſt in cor. nr̄is. ꝑ ſſ. q̇ da. eſt
nobis. ¶ Deniqꝫ cetera dona
nō tam ad ꝑfectum ꝓpriū ſicut
ad vtilitatē tribuūt̃ alioꝝ. ſꝫ nec
oibus ea deſiderantibꝰ dantur
etiā diſpoſitis. Donū ṽo carita
tis ad ꝑfectū ꝓpriū datur. ipſo
em̄ viuit aīa. Viuunt etiā vni
uerſa eius ad q̄ ipa inclinat opa
ſicut Greg. ait Ille ignis carita
tis vitalis eſt calor aīe. quo ar-
dente viuit aīa. ⁊ viuunt omnia
opera eius bona. ita etiam nulli
(obicē nō ponēti) negatur. ſine
qua vt docet apl's. j. Cor. 13. ce-
tera dona nihil ꝑficiunt ad ſa-
lutem. Ex quo ptꝫ ineffabilis
largitas ſpūſſancti. qui ⁊ ſi q̄dā
munera minora negat. maxia tn̄

ſcʒ ſeipm et caritatē omnib⁹ in-
fluit recipe prepatis ¶ S Et
aplorꝝ. qꝛ pdicatoib⁹ omniū lin-
guarꝝ gētes in vnitatē eccleſie fu
erant ꝯgregāde. q̄ h̄ caritatꝭ vin
culo nectit̄. recte ignis ille vnus
viſibiliter appens. diuerſarꝝ lin
guarꝝ ſpēm habuiſſe deſcribitur
Ob h̄ ſpūſſanct⁹ in vno aplorꝝ
ſmone omniū linguarꝝ intelligē
tiam inſtituit. quas olim in ba-
bilone ſpūs ſupbie diuiſit. ſm
Be. ſup actus. vt vnitas eccl'ie
futura. p omēs gentes ſcaretur
vt dt Aug. j8. de ciui. dei. c. 49
Unde recte credunt̄ ſpiritūſan
ctū non hr̄e. qui diuidunt̄ a cor
pe. i. eccleſia. qd̄ p omēs gentes
linguis omnib⁹ meruit pſonare
vt dr in ſmōe qui incipit Anni-
uerſaria. ¶ D Quia demum
ignis natura omia reſoluit. oia
in ſe ꝯuertit. et in ſe ꝯuerſa ſur-
ſum agit. recte ī diſptitꝭ linguis
igneis ſſ. viſibilit̄ apl'is miſſus
appuit. qm̄ ad h̄ miſſus ē apl'is
vt omniū linguarꝝ gentes aplorꝝ
pdicatōne colligēde. ſpū ſancto
repleant̄. ac de carne in ſpiritū
ꝯuerſi. deſpectꝭ terrenis reiecta
puſillanimitate cuiuſlibʒ mūda
ni terroris. liberrimo ardentiqʒ
deſiderio ſurſum tendant. Cui
cōſonat glo. ſup illud Luce. j2.
Ignem veni mittere ſup terram
Ignē ait. i. feruorē ſſ. qui illumi
nans corda ad ſupna ꝓuocat. q̇
vicia ꝯſumit. vaſa dn̄s ꝓbat. q̇
etiā accendit lucernas quas in
manib⁹ xp̄c ardere monebat. ꝓ-
pter qd̄ ſm Bern̄. ſ. j. de pſenti
feſtiuitate. Nobis illa manife-
ſtatio poti⁹ q̄ʒ apoſtolis facta ē.
Ad quid enim fuerūt neceſſarie
lingue gentiū. niſi ad ꝯuerſionē
gentiū. Studeā⁹ itaqʒ habere
hunc ſſ. ignem ſaluificū quo gu
ſtato deſipit omnis caro ⁊c̄.

In feſto penthe.
Sermo. IIII. in
ordi. XXXVIII

GLorioſiſ
ſimā diē in maximis
anni ſolēnitatib⁹ nūe
ratam. hodie celebritate pcipua
veneramur. vtinā pcipua deuo-
tione Diem inquā ſſ. tercie pſo
ne in illa ſumma ⁊ ſupſubali tri
nitate Ad cui⁹ dignitatē intelli
gendā cum oculos mentꝭ inten-
dim⁹. nihil diuerſum (ait beat⁹
Leo ſ. qui incipit. Pleniſſime)
ab excellentia patris ⁊ filij cogi-
tem⁹. qꝛ in nullo ab vnitate ſua
diſcrepat diuine trinitatꝭ eſſen-
tia. Sempit̄nū eſt patri coet̄ni
ſibi filij eſſe genitorē Sempiter
nū eſt filio intpaliter a patre eē
ꝓgenitū Sempiternū quoqʒ ē
ſpūi ſancto ſpiritū eſſe patris et
filij. vt nunq̄ʒ ſine filio pr̄. nūq̄ʒ
pater ⁊ fili⁹ fuerint ſine ſpūſctō.
Et omnib⁹ exn̄tie gradib⁹ exclu
ſis. nulla ibi pſona ſit anterior.
nulla poſterior. Cui⁹ enim beate
trinitatꝭ incōmutabilis diuini-
tas. vna eſt in ſuba. indiuiſa in

ope. ꝯſoꝛs ī volūtate. par in oī⸗
potentia. eq̄lis in gl'ia. hec Leo.
Hui⁹ itaqꝫ ſūmi ſpūs miſſiōem
tpalē et viſibilē hodie colim⁹. q̄
vt Actuū refert hyſtoꝛia. 2. c. cō
gregatis in cenaculo xp̄i diſcipu
lis. ſ꜄ pceptū eiuſdē iam aſcendē
tis in celū. Uos inq̄t ſedete ī ci⸗
uitate. donec induami virtute
ex alto Lu. 24. ⁊ Act. j. Hodier
na die. facto repente de celo ſo⸗
no tanq̄ꝫ ſpūs vehemēt꜇. Spūs
ſanct⁹ in viſione ignis. diuiſiōꝫ
q̄ſi linguaꝝ h̄ntis ſup caput ſin
guloꝝ foꝛis apparēs. ſciam illis
omniū linguaꝝ tradidit. cū ca⸗
riſmatum plenitudine ⁊ donoꝝ
Facta āt hac voce. ꝯuenere viri
religioſi qui de diuerſis. natōni
b⁹ paſchalis feſtiuitat꜇ ḡ ꝯfluxe
rant. vt d̄t Be. in ome. de vigi.
Stupebantqꝫ mirātes. q̄uo au
diebat vnuſquiſqꝫ lingua ſua il
los loq̄ntes magnalia dei. Ex⸗
ponētib⁹ aūt diſcipul' ꝙ ſſ. eſſet
gr̄a quā cernebāt. Olim q̇dē vo
ce pphaꝝ pmiſſa. nūc āt xp̄i mu
nere miſſa. crediderīt ex eis 3000
viroꝝ. et baptizati receperīt etiā
ipſi donū ſſ. Hec ē diei h⁹ ānua
celebritas Hec gr̄e celeſtis ſemp
grata feſtiuitas. c⁹ ſolēnitatē ac
miſteria vt intelligere. eandē q̄ꝫ
valeā⁹ gr̄am pticipare. eiuſ d̄ ſſ.
illapſū q̇ nō foꝛis in ſpē ignis ſꝫ
int⁹ in ardoꝛe caritat꜇ illumiet ⁊
accendat deuotiſſime expoſcā⁹.
dicētes Ueni ſcē ſpūs. ¶ B
Hodierna ſolēnitas valde iocū
da eſt ſpiritib⁹ ⁊ ceter꜇ feſtiuita
tib⁹ dulcioꝛ. Qui interioꝛis ſſ.
viſitatiō꜇ expti nouerūt q̄m veꝝ
eſt ꝙ de ſſ. etna ſapia Ecci. 24.
dixerat Spūs me⁹ ſup mel dul
cis. qui etiā guſtauerūt q̄m maḡ
multitudo dulcedis ei⁹. quā ab
ſcondit timētib⁹ ſe. qui ſenſerūt
ſuauitatē ac ꝯſolatōeꝫ diui illi⁹
vnguēti. Effuſi ſine menſura in
capite x̄o. q̇d vnxit d̄s pr̄ p ptici
pibus ſuis. deſcēdent꜇ de hoc in
barbā aaron vſqꝫ ad oꝛam veſti
mēti ei⁹. ſic ros hermon in mōte
ſyon ſ꜄m menſurā donatōis xp̄i
ſicut ſcriptū eſt aſcendēs xp̄c in
altū captiuā duxit captiuitatē
dedit dona hoib⁹. q̇ ex aīo cum
btō apl'o dicere pn̄t. Et ſi ꝯgui⸗
mus ſ꜄m carnē xp̄m. ſꝫ nūc iā nō
nouim⁹. q꜖ cū illo iā pncipiū via
rum veritatis ⁊ vite q̇d in carne
ſua dn̄s pbuit iā tranſierīt. q̄ꝫuis
adhuc in via ad palmam ſupne
vocatōis ſeq̄nt̄ vocantē deū. tn̄
ea q̄ retro ſunt obliuiſcētes. ad
ea q̄ ante ſunt extenti. ſic loq̇tur
Aug⁹. j. de doct. xp̄ia. Quāuis
etem̄ huiuſcemōi ſpū ābulantes
feſta dn̄ice incarnatōnis. q̄ v̄bū
caro factū noſtram infirmitatē
aſſūpſit. reſurrectiōis. q̄ carnem
aſſumptā pfecte ſanatā gl'ifica⸗
uit. aſcenſiōis. q̄ glorificatū coꝛ
pus ad dextrā pr̄is. ſubiect꜇ ſibi
angelis ⁊ v̄tutibus et ptātibus
ſublimauit. deuotiſſime venerā
tur affectu. ⁊ cultu ſic opoꝛtet di
gniſſimo. dulci⁹ tn̄ ac familiari⸗

us hodiernã amplectunt̃ ſolen⸗
nitatẽ. qua verbũ nõ ſ̃m carnẽ.
ſed ſ̃m eam q̃ prĩ ꝯſubale eſt di⸗
uinam naturã ſ. ſctm̃ ſuis miſit
dilectorib⁹. cũ cariſmatũ pleitu
dine vt ꝑmiſit. quo iam xpm prĩ
equalẽ agnouerũt. atq̃ꝫ vinciẽte
ſe et agglutinãte eodẽ ſpũ. nõ iã
in carne ſed in eodẽ ſũmo ⁊ i cõ
mutabili bono poterũt ꝑmane⸗
re. Sed talib⁹ ſi qui ſint q̇d op⁹
eſt meis ꝯmeõrare verbꝫ. q̃ꝺ cer
tius ipſi expiunt̃. q̃ꝺ neceſſario
iã eis familiaris int⁹ docet. De
q̇bus ⁊ btũs Joh. ait. Nõ necẽ
habetꝫ vt aliq̇s doceat vos. ſed
ſic̃ vnctio ei⁹ docet vos de oĩbꝫ.
.j. Joh. 2. Ideo ad carnales ad
huc. quoꝝ nũeroſior eſt multitu
do ſ̃monẽ ꝯuerto. ſi forte decla
rata vtcũq̃ꝫ h⁹ feſti magnitudi⸗
ne. ꝑiter moueamur accẽdamur
q̃ꝫ. ad vehementi⁹ deſiderandũ
eiuſdẽ ſ. ſancti aduentũ ſaluifi⸗
cũ ⁊ illapſum. Qm̃ pleꝝq̃ꝫ carna
libus minor affectio eſt. q̃ꝛ mĩor
ꝯgnitio ad ſuſcipiendũ ſſ. aplõ
teſte. Aialis hõ nõ ꝑcipit ea que
ſũt ſpũs dei. j. Coꝛ. 2. Nã et ꝙ
hodie viſibil̃r ſſ. appuit. h̊ ipm
ꝑpt̃ carnales actũ eſt vt his exte
rioribus ſignis gr̃am cognoſce⸗
rent ſpirit⁹ ſancti. Spirituali⸗
bus quidem ſufficit internus il
lapſus. Signa vero exteriora
req̇runt q̇ nondũ ſpiritales ſunt
effecti. eodẽ apoſtolo teſte. ꝑ̇ma
Coꝛ. j4. Lingue in ſignũ ſunt
non fidelibus ſed infidelibus.

☞ L ¶ Poteſt autẽ huius
diei magnitudo quantum nunc
ſufficit tribus modis oſtendi.
videlicet ex ei⁹ legali ꝑ̃figuratio
ne Ex eius finalitate. Et ex ei⁹
ſignifica tõne. qm̃ de mittentis
miſſiq̃ꝫ infinitate. donoꝝq̃ꝫ ma
gnitudie ac multiplicitate. ex q̇
bus ꝑ̃cipue feſti h⁹ dignitas col
ligitur. alias recolo ꝑ̃dicatum.
¶ Quo ad ꝑ̇mũ. manifeſtũ eſt
hoꝝ exhibitõez digniſſimã eſſe.
q̃ feſtiuis legalib⁹ obſ̃uantijs ꝑ̃
currentib⁹ figurant̃. Nam vbi
figura dignificat̃ atq̃ꝫ ſignũ. q̇s
neſciat veritatẽ atq̃ꝫ ſignatũ. a q̃
vtiq̃ꝫ ſignũ deficit eſſe digniſſi⸗
mũ. Hodierna aũt ſolẽnitas vt
dicit Be. in o. de vigi. Nõ euã
gelicis tm̃ ꝯſecrata cariſmatibꝫ
Verũ etiã legalib⁹ iã olim eſt ꝑ̃⸗
ſignata miſterijs. Nã ꝙ hebreo
quondã pplõ ab egiptijs libera
to. 50. die poſt imolatõem pa⸗
ſchalis agni. lex data eſt in mon
te ſyna. deſcendente domino in
igne ſuper montem. comitante
ſonitu bucine. tonitruis et ful
goribus. cuius etiam memoria
perpetua. illius diei feſtiuitate
ac nouorum ſacrificijs precepta
eſt continuari. ꝑut Exodi. tra
dit hyſtoria ca. 23. et Leuitici.
34. Prefiguratio fuit hodierne
feſtiuitatis. D
¶ Hodie nã q̃ꝫ quinq̃geſimo die
poſt veri paſchalis agni immo⸗
lati reſurrectiõꝫ. lex noua ꝑfctẽ
data eſt atq̃ꝫ ſcripta. non ſic illa

vetus in tabulis lapideis. ſed in
cordibus fideliũ. vt dicit Aug⁹
in de ſpũ et littera. Dum in ſupi
ori cenaculo montꝫ ſyon effuſo
in diſcipulos ſctõ ſpũ. in igneis
liguis appente ocm veritatẽ do
cuit. nõ alteꝝ ꝑ alteꝝ. ſed ſuo il-
lapſu immediate quemlibet ꝑ ſe
ipſum. ſic per ꝓphas ſuos lõge
ante ꝓmiſit Ait em̃ de h̃ Iſa. 2.
Docebit nos vias ſuas ⁊ ambu
labim⁹ in ſemitis ei⁹. qꝛ de ſyon
exibit lex. ⁊ verbũ dñi de hieru-
ſalem. et Hiere. 31. ait. ⁊ allegat
apoſtolus ad Hebre. 8. Ecce di
es venict dt dñs. ⁊ feriã domui
iſrael ⁊ domui iuda fed⁹ nouũ.
nõ ſm pactũ qd pepigi cum pa-
tribus veſtris in die qñ apphen
di manũ eoꝝ vt educerem eos d
terra egipti. qꝛ illud fuit timorꝭ
iſtud vero amoris. Et ſequitur
Dabo legẽ meam in viſcerib⁹ eo
rum. ⁊ in corde eoꝝ ſcribam eam
et ero eis in deũ. et ipſi erunt mi
hi in populũ. ⁊ nõ docebit vltra
vir ꝓximũ ſuũ ⁊ vir fratrẽ ſuum
Omnes em̃ ꝯgnoſcẽt me. a mi-
nimo vſqꝫ ad maximũ. qꝛ ꝓpici
abor iniqtati eoꝝ. ⁊ ꝑcti eoꝝ nõ
ero memor amplius. que omnia
hodie ꝯpleta ſunt. dum ignis il
le ſpũſſanct⁹. peccati rubiginem
ꝯſumens. mentẽ illuminãs. cor-
da inflãmans omniũ quib⁹ viſi
biliter miſſus eſt mgr̃. nõ foris
verba ꝓtulit ſed intus veritatꝭ
noticiã cum amore infudit Ab
hoc ergo die ait. Leo. ſ. hui⁹ fe
ſti qui incipit hodiernã. Tuba
euangelice p̃dicationis intonu-
it. Ab hoc die imbres cariſma-
tũ. flumina bñdictionũ. omne
deſertũ et vniuerſam aridã riga
uerunt. qm̃ ad renouandã faciẽ
terre ſpũs domini ferebatur ſu-
per aquas. et ad ve. te. tenebras
abigendas. noue lucis vulgura
coruſcabãt. cũ micantiũ ſplendo
re linguarũ. verbum dñi lucidũ
et eloquiũ ꝯciperetur ignitũ. cui
ad creandum intellectũ ꝯſumen
dũqꝫ peccatũ. et efficacia illumi
nandi. et ius ineſſet erudiendi.
hec Leo. Si ergo dacio legis
moſaice que euacuat̃ fuit in glo
ria. ⁊ feſtiuitate annua. quanto
magis legis gratie que manet.
hodierna datio erit nob̃ in glo-
ria. ſicut ap⁹ ait. 2. Coꝝ. 3. Si
miſtratio mortꝭ litterꝭ deforma
ta in lapidib⁹ fuit in gloria que
euacuat̃. qũo non magis miſtra
tio ſpũs erit in gloria ⁊c̃. que ſe-
quunt̃. Vocat autem legem ve.
miſtrationẽ mortis. nõ qꝛ morti
fera. qm̃ ſanctã eam eſſe ⁊ iuſtã
teſtat̃ ad Ro. 7. Sed qꝛ pecca-
tũ ꝓhibẽdo oſtendit. nec grãm
cauẽdi tribuit. carnalib⁹ qui in
vetitũ nitunt̃ peccati occaſionẽ
aliq̃ꝫ p̃ſtabat. ſicut etiã ad Ro.
late idem apoſtol⁹ tangit. E
¶ Scdo p̃ncipaliter hui⁹ feſti
magnitudo attẽdi pt ex eius fi-
nalitate. qꝛ alia i ipm ordinant̃
quaſi in finẽ Dñs em̃ ieſus et̃ni
patris fili⁹. qui venit in hũc mũ

dum vt ſaluaret mđm. Joh. 3.
Non miſit de⁹ filiū ſuū vt iudi
cet mđm. ſ3 vt ſaluet mđs p ipm
duo in aſſumpta p nobis carne
pncipal'r egit. ppter q̄ et3 carnē
aſſumpſit Nā et nos duob⁹ gra
uiſſimis laborauī⁹ incomodis
Siq̄dem ppter originale pec⸗
catū patriā amiſimus ꝛ mortis
eter ne dānatōem incurrim⁹. et
p iuſticie originalis ablatōe3 ac
pcti fomitē. carnales effecti. viā
ad creatorē noſtꝝ q̄ ſpūs ē Joh.
4. ſpūaliter nō potuim⁹ ambula
re. Sic notat in pabola deſcen
dentis ab hieruſalē in hiericho
gratuit3 ſpoliati. in naturalib⁹
vulnerati. Lu. x. ¶ Cōtra pmū
itaq3 diuīe iuſticie ꝛ veritati ſa⸗
tiſfaciens. debitū mortis nr̄e in
carne ſua ipſe ſoluit. atq3 decre
ti cyrographū ꝯtra nos ſcripti.
ipſe ſuo ſanguine deleuit. ſic ad
Col. 2. apl's ait. Uos cū mortui
eſſetis in delictis et pputio car⸗
nis. i. actualib⁹ ꝛ originali pctis
ꝯuiuificauit in illo. donans vo
bis oīa pctā. delens qđ aduerſū
erat cyrographū decreti. ꝛ ipm
tulit de medio. affigēs ipm cru
ci. Et. 1. pe. 2. Tradebat aūt iu⸗
dicanti ſe iniuſte. q2 pctā nr̄a ipe
ptulit in corpe ſuo ſup lignum.
Seq̄tur. cui⁹ liuore ſanati ſū⁹.
¶ Cōtra ſcđm ſeipm viam nob
in eadem aſſumpta carne fecit.
qua p carnē eius ambularē⁹ ad
ſpm. p exteriora ſenſibus obie⸗
cta ad interiora veniremus De

quo beat⁹ Aug⁹. j. de doctrina
xpiana. Jlle qui non ſolum pue
niētibus poſſeſſionē. ſed etiam
viam ſe voluit prebere venienti
bus. ad pncipium viarum volu
it carnem aſſumere. ſm illđ Do
minus creauit me in pncipio vi⸗
arum ſuarū Prouer. 8. vt inde
inciperent qui vellent puenire.
Jbi em̄ aggrediendū et exordi⸗
endum eſt omibus. qui ad veri
tatem puenire. et in vita eterna
deſiderant pmanere Sic enim
ait domin⁹. Joh. 14. Ego ſum
via et veritas et vita. p me itur.
ad me puenitur. in me pmanet.
Uia eſt. humilis in carne. veri⸗
tas et vita. excelſus in deitate.
vt alibi idem dicit ſmōe. 55. de
verbis euangelij. Per carnem
ergo chriſti eundum eſt ad ſpūa
lem deitatem. nō in carne manē
dum. De quo etia3 pulcre btūs
Bern. ſ. 6. de aſcenſione domi.
multa loq̄tur. Inter cetera ita
dicens. Quando ad ſpūalia af
fici poſſent animales? Jdeo di
ſcipuloꝝ affectus nondū ad ſpū
alia aſſurgere pualentes. in ſue
carnis prouocabat affectum. vt
amore quodā humano. opanti
mira. mira loquenti homi adhe
rerent. amore vtiq3 carnali ad⸗
huc. ſed tam valido. vt ceteris
omnibus pualeret. Nimiꝝ hic
erat ille moyſi ſerpens qui ſerpē
tes magoꝝ egypti omnes piter
deuorabat. S3 nō vt manerēt
in carne. ſed vt transferretur in

ſpm̄. totus ab eo in illam carnē
collectus diſcipuloꝝ affect⁹. q̄m
ipſo teſte Joh. 6. Spūs eſt qui
viuificat. caro non ꝓdeſt q̇cq̄m
ſcʒ ſine ſpū. qđ in eis maīfeſtū ē
qui eam corꝑaliter viderunt. et
tn̄ eum oderūt ⁊ pr̄em eius. qui
blaſphemarūt. qui crucifixerūt
ſſ f Ex quo etiā hanc regu-
lam ſ̄m btm̄ Aug. 1. de doc. xpi-
ana. notare debem⁹ ac intellige
re. quia nulla res in via nos te-
nere debeat. quādo nec ipſe do
minus inquantū via noſtra eſſe
dignatus eſt tenere nos volue-
rit. ſed trāſire. ne rebus tem̄pa-
libus q̄muis ab ipſo pro ſalute
noſtra ſuſceptis ⁊ geſtis herea-
mus infirmiter. ſed ꝑ eas poti⁹
ſuſceptas curram⁹ alacriter. vt
ad eum ipſum q̇ noſtram natu-
ram tem̄paliter liberauit ⁊ col-
locauit ad dexteram patris. ꝑue
hi atq̨ ꝑuenire mereamur. Hec
aug⁹. ¶ Hanc aūt tranſlatōem
de amore carnali ad ſpūalem in
credentibus hodie operatus eſt
ſpūſſanct⁹. qui ad diuina ⁊ ſpi-
ritalia eorum corda inflāmauit.
nihil iam ſoliciti erant de carna
li xp̄i preſentia. cui⁹ iam illapſa
diuitate ardebant. Sicut ait
Aug⁹ ſ. 61. de verbis euangeliĳ
Spūſſanctus hoc munus ma-
gnum attulit crediturꝫ. vt eum
quem carnalibus oculis non vi
derent. a carnalibus cupiditati
bus mente ſobria. et ſpūalibus
deſiderĳs ebria ſuſpirarēt. Ex q̇
bus manifeſte colligitur Qꝛ ꝑ
pter ſpiritnſſancti ſuſceptiōem
quo ſpiritualiter deo adhere-
mus viuificamur. ac heredes re
gni efficimur. Caro xp̄i aſſump
ta eſt qua impedimentū ſubla-
tum ē atq̨ ad ſpūs diſponimur
munera cōſequenda. Quid em̄
nobis ꝓdeſſet ſatiſfactio xp̄i ꝓ
peccatis noſtris exhibita. ſi nos
carnales manerem⁹. dicēte apo-
ſtolo. Quia caro ⁊ ſanguis reg
num dei poſſidere nō poſſunt.
j. Thes. 4. Nimirꝫ qꝛ qui in car
ne ſunt deo placere nō poſſunt.
Sed ſi ſpūs xp̄i habitat in vo-
bis. qui ſuſcitauit ieſum xp̄m a
mortuis. viuificabit ⁊ mortalia
corda veſtra ꝓpter habitantem
ſpm̄ eius in vobis. Ro. 8. Tota
deniq̨ xp̄i ↄuerſatio in carne ad
hoc ordinata eſt. vt ad ſpūſſcti
ſuſceptōꝫ tanq̨ ad melius aliq̇d
prepararemur. Propt̄ qđ vt illum
plenius accipe mereremur. vtile
iudicauit etiā corꝑalem ſciſſime
carnis ſue p̄ntiam ſubtrahere.
Ait em̄ veritatē di co vobis. ex-
pedit vob̄ vt ego vadā. ſi em̄ nō
abiero ꝑaclit⁹ nō veniet ad vos
Si aūt abiero mittā eū ad vos
Joh. 15. Semꝑ q̇dem ait aug⁹
diuitate nobiſcū eſt. ſed niſi cor
ꝑaliter abiret a nobis. ſemꝑ ei⁹
corpus carnaliter videremus. ⁊
nunq̨ ſpūaliter crederem⁹. qua
fide iuſtificati. ad ipſum verbū
deum apud deum. per qđ facta
ſunt omnia. ⁊ qđ caro factū eſt

vt habitaret in nobis. corde mū
dato ɔtēplari mereremur Ecce
q̄ntum hoc eſt. q̄m deſiderabile
q̄m beatum. ꝓ quo pleniter adi
piſcendo. aſſumpta ⁊ iam diuia
caro nobis eſt vtiliter ſubtrahē
da. Patz deniq̄ȝ ſuſceptōeȝ ſcti
ſpūs eſſe finem. ꝓpter quē omia
in carne dn̄s opatꝰ ē Nōne ꝟbū
caro factū eſt vt nos deos face
ret? Dedit em̄ ptātem filios dei
fi. h. q̄. c. in n. e. Dico filios dei.
nō natura ſed adoptōne Sed
nō niſi ſ. ſctm̄ nobis largiēdo in
filios adoptat. idō ⁊ ipſe adop-
tōis ſpūs ab apl'o Ro. 8. noiat̄
hinc Greg. ɔpans hanc feſtiui
tatem feſto incarnatōis in ome.
ait. In illa feſtiuitate incarnati
onis deꝰ in ſe ꝑmanens ipm cre
auit hoīem. In iſta hoīes veniē
tem deſuꝑ ſuſceperūt deum. In
illa deus natural'r factꝰ eſt hō.
In iſta hoīes ꝑ adoptōem facti
ſunt dij. Cum autem finis hꝫs
que ad finē ſunt preſtantior eſſe
cognoſcitur. compet qui velit
hanc ſpiritusſancti ſolēnitatem
ad ceteras chriſti feſtiuitates. ⁊
inueniet illam nulla minorē eſſe
immo hoc reſpectu quaſi finis
media eas excellere. Cumq̄ȝ ſic
eius dignitatem inuenerit di-
gnum ſe huic exhibeat. qđ tunc
facit ſm̄ Be. ſi ſe aptum reddi-
derit ad quem ſſ. venire dignet̄.
et in eo feliciter habitare.

¶S Attenditur tercio huiꝰ
feſti magnitudo ex eius ſigni-
ficatōne. Repſentat em̄ feſtum
hodiernū ꝑpetue feſtiuitatꝫ ſta
tum. maxime quo ad animā. ſic
xp̄i reſurectio quo ad corpꝰ. xp̄c
em̄ reſurgens in corꝑe imortali
⁊ glorioſo corpis noſtri ſtatum
oſtendit in eternitate beata. in
qua ſimiles ei erimus in gloria.
1. Joh. 3. Spūs aūt ſanctꝰ ho-
die diſcipl'oꝝ corda replens. ſta
tum anime figurauit i celeſti vi
ta. Ad hoc facit qđ datꝰ eſt die
q̄nq̄geſima. q̄nq̄ginta etm̄ nūerꝰ
eſt ꝑfecte libertatꝫ ⁊ reſtitutōis
omniū ꝓpter q̄nquageſimi āni
jubileum vnde repreſentat no-
bis patrie celeſtꝫ beatitudinem
vbi eſt perfecta reſtitutō omniū
libertas ſumma. omniū r̄miſſio
debitoꝝ ⁊c̄. De hoc Be. in ome.
de vigꝫ. penthe. Quid enim ali-
ud eſt beata vita q̄ȝ poſſeſſio dī
per claram viſionem et fruiti-
uum amorem? Siquidem de
vtroq̄ȝ dicit Auguꝰ. ꝙ eſt tota
merces. Hec autem conſeq̄tur
gaudium et delectatio ſumma.
tanq̄ȝ ɔiunctiōem ſummi boni.
Unientur beati dō vt ſint cum
eo vnus ſpiritus. pleniſſima vo
luntatis cōformitate. Et ꝑ hoc
poteſtatem ɔſequūtur ⁊ fortitu
dinem ad omnia que voluerint
exequenda. Uniuntur etiam in
ter ſe. vt nihil ibi ſit in diſcor-
dia. ſed quies et tranquillitas
in pace perpetua. Prout hec et
alia clare colliguntur ex dictis
Auguſtini. 22. de ciuitate dei.

H ¶ Hec aũt adueniente ſpũ
ſancto in effectibꝰ interioribꝰ. ⁊
ſignis exterioribꝫ demõſtrant.
Nam ſſ. hodie corda diſcipulo
rũ replens ꝯtulit eis claritatem
diuine ꝯgnitõꝫ. feruorem inten/
ſiſſimi amoris. gaudiũ ſpũale.
vnionis cũ deo et inter ſe. ꝯſtan/
tie libertatẽ. vincendi ptãtem.
pacis tranq̃llitatẽ. Quis rogo
mũdane ſapiẽtie pitiſſimꝰ. nr̃is
ꝯpari poterit piſcatoribꝰ ⁊ ruſti
cis. quos in puncto tp̃is. ſine la
bore et exercitio. vere ſapie ra/
dijs illuſtrauit. nedũ ad pſonal'
ſalutꝫ neceſſitatẽ. ſꝫ totiꝰ eccleſie
catholice fũdatõꝫ. oĩmqꝫ pħoꝝ
⁊ errantiũ hereticoꝝ ꝯfutatõem
Ecce q̇ ꝑus ꝟba xp̃i plana cape
nõ poterant. nec ſcp̃turas audi
tas intelligere tanq̃ꝫ rudes diſci
puli. ꝓpter qḋ eis obiecit xp̃c ad
huc et vos ſine intellectu eſtis.
Mat. 15. ⁊ Luc. vlt. O ſtulti et
tardi corde ad credendũ. Et io
hãnes de ſeipſo et petro dt̄ Nõ
dum em̃ ſciebant ſcripturã. nũc
ſſ. repleti. repẽte mutãt in docto
res miſteria pp̃lo euoluunt. ꝑus
toti mõdo clauſa. ⁊ ꝟitatẽ p̃dica/
tam ꝓpħaꝝ ac ſcp̃ture teſtionijs
phariſeis ac legis doctoribꝰ ig/
notã clariſſime demõſtrarũt. vt
ex p̃dicatõe petri quã actuũ reci
tat hyſto. ſatꝫ ptꝫ. hinc Piero.
ad paulinũ c. 4. ſi ruſticũ petrũ
ruſticũ dicimꝰ et iohem. Johes
ruſticꝰ et piſcator indoctꝰ. et vñ
illa vox obſecro. In ꝑnᵒ erat ver
bum et ꝟbũ erat apud deũ. ⁊ ds
erat ꝟbũ: ſeq̃tur. Hoc doctꝰ pla
to neſciuit. h dmoſtenes eloq̃ns
ignrauit ¶ I Feruore intẽſiſſi
mi amoris diui q̄ ſſ. diſcipuloꝝ
pectora accendit. maĩfeſtat cele
ſtis eoꝝ ꝯuerſatio. q̄ oĩa terrena
deſpiciẽtes. ſurſũ acti ſoli dõ vi
uebant. ſic ⁊ poſtea paulꝰ eodem
ſpũ accẽſus ait. mihi viuere xp̃c
eſt ⁊ mori lucꝝ Phil. j. Et iteꝝ
cupio diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o. ibiḋ
Nõ iã ad piſcatõꝫ redeũt. nõ q̄
ſua ſunt q̃rũt. ſꝫ q̄ ſunt ieſu xp̃i.
Huic teſtimoniũ ſe moto tiore
p̄bent. hꝰ ꝯmiſſiõeꝫ p̄dicãdi euã
geliũ oĩ creat' exequunt'. nec mi
nas. nec carceres. neqꝫ plagas.
nec ip̄am deniqꝫ mortẽ oĩbꝰ terri
bilẽ metuẽtes. publice teſtificã/
tes. q᷑ optet dõ plus obedĩre q̃ꝫ
hoibꝰ Act. 4. Nõ mõ ait petrꝰ
bonũ ẽ nos hic eẽ. ſꝫ magis gau
det q᷑ velox ẽ depoſitõ tabnacu
li ſui. Hinc oĩs eoꝝ doctrina de
caritate Añ oĩa mutuã caritatẽ
ꝯtinuam hñtes. q᷑ caritas opit
ml'titudinẽ pctõꝝ. 1. Pe. 4. Et
paulꝰ oĩa ſine caritate nihil eſſe
clamat. Johs ꝟo ita caritatẽ cõ
mẽdat. vt ꝑter caritatẽ nihil no
uiſſe eſtimet'. Nimiꝝ validiſſi/
mus caritatꝫ ignis nõ niſi ſcin/
tillas. i. ignea caritatis ꝟba po
terat euomere. Qua ita repleti
fuerant. vt nec eã inimicꝫ nega/
rẽt K ¶ Per hãc dõ vnitiſſiõs
q̇s dubitat. cũ caritas vĩculũ ſit
ꝑfectiõꝫ Col'. 3. vinculũ vniens

ſcē amantes Nam vnire ac transſformare amantē in amatū ꝓprium eſt caritatꝫ. Qui adheret do ait paulus (Haud dubiū qn ꝑ caritatem) vnꝰ ſpūs eſt. j. Cor. 6. Quantā ꝯcordie vnitatē tribuit diſcipl'is ac omibus ꝑ eos tunc ad xpm ꝯuerſis clare deſcribit lucas Act. 4. dicēs. Multitudinis credentiū erat cor vnū et aīa vna. Nec quiſquā eoꝝ q̄ poſſidebant aliq̄d ſuum eſſe dicebat. ſed erant illis omia cōia. Neqꝫ em̄ quiſq̄ꝫ egens erat iter illos. Quotq̄t em̄ poſſeſſores agroꝝ aut domoꝝ erant. vendentes afferebāt precia eoꝝ que vendebant. ⁊ ponebant ante pedes apl'oꝝ. Diuidebant aūt ſingul' ꝓut vnicuiqꝫ opus erat. Ecce vnitatē ꝑfectam in volūtatum ꝯcordia. q̄ꝛ erat illis cor vnū In ſenſu et fide nō ficta. q̄ꝛ aīa vna In rebus exterioribus q̄ꝛ erant illis omia cōia. Quippe ſublatū erat meū et tuū. que pacē hoīm turbant q̄etem tollunt odia ⁊ lites ꝯcitant. Vñ. 12. q. j. dilectiſſimis in glo. Quietiſſime viuerent hoīes. ſi de medio ſublata eſſent duo verba. meū. tuum.

¶ Abſtulit ⁊ ſpūſſanctꝰ mēꝛꝫ triſticiam. ꝯtulit gaudiū ſpiritale. quo nō tm̄ delectabāt in ꝓſꝑis pacifico ſcꝫ fidelium conuictu. Nā quotidie ꝑdurātes i tēplo vnanimit ⁊ frangētes circa domꝰ panes. ſumebāt cibū cū exultatōe ⁊ ſimplicitate cordꝫ collaudantes deū Act. 2. Sꝫ etꝫ delectabāt in aduerſis q̄ ꝓ dño paciebant. Ceſi namqꝫ ibant a cōſpectu ꝯſilij gaudentes qm̄ digni habiti ſunt pro chriſti nomine contumeliam pati. Actuū. 5.

¶ L Libertatē quoqꝫ et mentis ꝯſtantiam. in intrepida predicatione chriſti. a qua nec mine nec plage. nec mors. nec vita retrahere poterant. nec mirū ſi ignis ille libertatem tribuit. q̄ peccatorum rubiginē purgans. cōſcientiam ſuo teſtimonio ſecurā reddit. Nam hec eſt gloria noſtra. teſtimonium ꝯſcientie noſtre. 2. Cor. i. non qd̄ ꝯſcientia noſtra dat que falli poteſt. ſꝫ qd̄ ſpūſſanctus reddit. Ipſe ſpiritus teſtimoniuꝫ reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Ro. 8 deniqꝫ vbi ſpiritus domini ibi libertas. 2. Cor. 3. ¶ Fortitudinem deniqꝫ ⁊ poteſtatem quā in miraculorum oꝑationibus attulit. ſſ. cooꝑando diſcipulis. ⁊ ſermonem ꝯfirmando ſequētibus ſignis. Actuū. hiſto. manifeſtat Multa inquit ꝓdigia et ſigna ꝑ apoſtolos fiebant in hieruſalē c. 2. et ſequit. c. 4. Uirtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis ieſu chriſti domini. et gratia magna erat in omnibus illis. An non poteſtatis magne ac fortiſſimi fuere. ꝑ quos vniuerſus orbis victus immo ſanatus ac xpo eſt ſubiugatꝰ de quo. Criſ. o. 15. pulcre loqui

tur. Paragrarūt piſcatores or-
bem terrarꝝ. ⁊ infirmū eū inueni
entes ad ſanitatē reduxerūt. et
in ruina poſitū ad ſtabilitatē re
uocauerūt. nō ſcuta mouētes. n̄
arcus tendētes. nō ſagittas mit
tentes. nō pecuniam largientes.
nō eloquētie ꝯfidentes. ſꝫ erant
nudi ſeculo. induti xp̄o. paupes
ſꝫ diuites. pecunia indigentes.
ſed regnū celorꝝ poſſidētes. non
habētes hūana ſolatia ſꝫ habē-
tes dn̄m ſuum ⁊c̄. M Et
victoriam q̇d ſeq̇tur niſi pax et
tanq̇llitas. Hec em̄ ē finis belli.
ꝑ Aug. Hāc pacē a dn̄o ꝓmiſſā
pacē relin. vo. pa. m. d. v. Jo. 14
Hodie ꝑfectiſſime ꝯſecuti ſt̄. cū
pacꝫ auctorē ſſ. receperīt. hāc intꝰ
in mētꝫ ſue tranq̇llitate habuerīt
hāc foris etꝫ i poſſe cū inimicꝫ te
nuerīt. ꝓ q̇bꝫ laborauerīt. ꝓ q̇bꝰ
nō inutilit̄ depcati ſt̄ Ecce q̄uo
bona p̄ricia iā ꝑ ſſ. nō ſolū ꝑcatiue
ſꝫ etꝫ iniciatiue ꝯſecuti ſt̄ fid̄les
Que etꝫ exterioribꝰ ſignis de
notant̄. Nā ignis lucēs. feruēs
atqꝫ deficiētes renouēs ac dele-
ctans claritatē viſiōꝫ. ꝑfectōem
fruitōis. plenitudinē gaudij re
p̄ntat. lingue diſpertite ſꝫ vnite
vnionē potētiarꝝ in do. ⁊ cū ꝓxio
Quiq̄geſima lib̄tatē ac pacem ⁊
oīm reſtitutōꝫ. Vehemētia ſoni
⁊ ſpūs. fortitudinē ac ꝑtātē figu
rant btōrꝝ in p̄ria. Vn maifeſtū
eſt hꝰ feſti magnitudo ex eiꝰ ꝑca
tōe. q̄ ꝑpetue feſtiuitatꝫ ſtatū op
timū rep̄ntat. Quo nos ꝑtꝰ ſſ.
dignos efficiat ſua p̄nti inhita
tōe. et inſeꝑabili ꝯſolatiōe. q̇ cū
p̄re ⁊ filio viuit ⁊ regnat deus ꝑ
omnia ſecula ſeculorꝝ Amen

In feſto btiſſime trinita
tis ſmo. I. in or. XXXIX

Benedicat
nos deus. d̄s n̄r
bn̄dicat nos deꝰ.
Ps. 66. A Magnā nobis
hodie feſtiuitatē ſctā mr̄ eccl'ia
īſtituit celebrand̄. feſtū videlicꝫ
ſupbn̄dicte ⁊ idiuidue t̄nitatꝫ.
ad nutriēdā fidei pietatē. ipam
qꝫ ꝯ̄ emergētes hereſes defendē
dam. Cū em̄ arriana hereſis
filiū ⁊ ſſ. a p̄re tanq̄ꝫ creaturas a
creatore ſubaliter ſeꝑans ſua ꝑ-
fidia pl'imos maculaſſꝫ. ſancta
mater eccl'ia ſuos filios ab hac
ꝑfidia. doct̄na v̇itatꝫ illūiare ſa
tagens. pꝰ diſtincta feſta. ntita-
tis. paſche. pēthe. ꝑſonis appro
p̄pata. hodiernā ſolennitatē ſup-
addit. quā nō alicui ꝑſonarꝝ. ſꝫ
vnitati ſimplicꝫ vſ̄qꝫ att̄buit. vt
ſic in ꝑ̇oribus vnitatē in t̄nitate
ita hodierna feſtiuitate i vnita
te t̄nitatē deuotiſſiē adorēꝰ Ad
h̄āt defuit v̇bū ꝓph̄e q̄ ait Bn̄
dicat nos d̄s ⁊c̄. i q̇ trina ꝯfeſſio
dei. t̄nitatē exp̄mit ꝑſonarꝝ. V-
nitatē v̇o eēntie cū ſingul'r ſbiū̄
git eū. vt ait mgr̄ di. 2. ꝑmi. Sꝫ
qꝛ ſm Bern̄. ſ. 38. ſup cantica.
Utraqꝫ ꝯgnitio. dei. ⁊ ſui. necc'ia
eſt ad ſalutē. Neo inq̄t abſqꝫ co

gnitōe ſui ſaluat᷑. De q̄ mr̄ ſalu-
tis hūilitas orit᷑ ꝛ tior dn̄i Sed
nec poterit eſſe ſpes ſalutꝭ cū dei
igr̄antia qꝛ igr̄ans igrabit᷑. ꝛ qꝛ
nec amare quē neſcis. nec hr̄e po
teris quē nō amas. Prio ğ nob
inq̄rēdū q̇d ꝑ nomē ds̄ intelligē
dū Deinde qūo i talit᷑ intellecto
ꝑſonaꝝ t̄nitas imaginanda Ac
demū d̄ attributꝭ ꝑſonaꝝ aliq̇d
b̄uiter diſſerendū De quo ꝑ gr̄a
ipetranda Aue. ¶ B Circa ꝑ̄
mū. qꝛ ſm Aug. j. de doc. xp̄ia.
Oēs c⁹cūq̄ȝ ſecte fuer̄t aut opi
niōis. deū nām excellētiſſimā ee
ꝯſentiūt. q̄ nihil meli⁹. nihil ſub
limi⁹ excogitari poterit Et q̄ȝ q̄ȝ
hanc nām quā ſonāte nomie ds̄
cogitāt. diuerſi diūſimode inq̇-
rant. oēs tn̄ certati ꝑ excellētia
dei dimicāt. nec q̇ſq̄ȝ inueniri pt
q̇ h̄ deū credat. q̄ eſt aliq̇d meli⁹.
ſȝ oēs h̄ eſſe deū ꝯſentiūt q̇d ce-
teris reb⁹ oib⁹ an̄ponūt. Un̄ ad
inq̇rēd̄ q̄ d̄o ſint attribuēda ꝛ q̇
ab eo remouēda. hāc poit r̄gl'aȝ
in ſuo monologiō anſ. Sic ne-
fas eſt cogitare vt ſub̄a ſup̄me
nāe ſit aliq̇d. q̄ meli⁹ ſit aliq̄ mō
n̄ ip̄m. ſic necc̄e ē vt ſit q̇dq̇d oīno
meli⁹ ē q̄ȝ nō ip̄m. Ho ē. d̄o attri
buit᷑ ꝑdicatiue q̇dq̇d meli⁹ eſt in
q̄cūq̄ȝ ip̄m q̄ȝ nō ip̄m. i. q̇dq̇d tl'e
eſt ꝙ cuilibȝ meli⁹ eſt ee tale q̄ȝ n̄
tale. Et ab eo negat᷑ q̇dq̇d in ali
q̄ meli⁹ eſt nō tale q̄ȝ tale. Scd̄m
quā regl'am facile oñdit᷑. ꝙ deū
necc̄e eſt ee viuentē. ſapientē. potē
tem. iuſtum. veꝝ. b̄tm̄. et̄nū ꝛc.

Ip̄m ꝟo nō ee corp⁹. aīal. hoīem
Siquid̄ alicui puta ſpūi meli⁹
eſt nō ee aīal. hoīem. cor⁹. q̄ȝ eſſe
tale. ꝛ qꝛ ſm Rich. j. de tri. c. 20
Cōtingere videt᷑ q̄ſi q̄dam dote
nāe. ꝙ cūcti pene tam eruditi q̄ȝ
mi⁹ eruditi ſolēt hr̄e familiare ꝛ
q̄ſi ꝑ regl'a tenere. deo ſcȝ q̇dq̇d
optim iudicāt incūctant᷑ att̄bu
ere. Cui etꝭ ꝯcordat ph̄s. 12. me.
dicens Eya q̄ ſm ſe illi⁹ optima
et ſempiterna eſſe. Ex q̄ manife
ſtū eſt. ꝙ q̇dquid de⁹ eſt. ſumme
id eſt. vt d̄t Anſ vbi s̄. Eſt ergo
ſumma eſſentia.

Summa:
eſſentia
vita
iuſticia
ſapientia
veritas
bonitas
magnitudo
pulcritudo
imortalitas
icorruptibilitas
imutabilitas
beatitudo
eternitas
poteſtas
vnitas

¶ Hec ſunt que gentiles phi.
de deo. rōnis naturalis ductu
cognouerunt. que vtinam nō a
multis ignorarent᷑ xp̄ianis. cui⁹
ignorantia deſtructō eſt totius
religionis. ſicut cognitio radix
et fundamentum omnium vir-
tutum. vt infra dicitur.

Uerũ nõ ſolum illa. ſꝫ et alia
quo rõ non ꝑtingit. fides catho
lica ab ipſa ſumma veritate reue
lata nobis firmiſſime credenda
tradit. ſcꝫ illam ſummã naturã
quã deũ dicim⁹. vnũ ſolum verũ
et ſimpliciſſimum deum eſſe in
ſuba. et trinũ in ꝑſonis. pr̃em et
filium et ſſ. Et licet pater totus
deus eſt. filius totus deus eſt. ⁊
ſſ. totus deus. qꝛ vna et tota di
uinitas in ſingulis eſt. nõ tm̃ pr̃
filius eſt nec ſſ. Filius nõ pater
eſt nec ſſ. Nec ſpũſſanct⁹ pater ẽ
aut filius. qm̃ vnus ẽ de⁹ pater
de nullo genitus. qui ſolus eſſen
tialiter de ſeip̃o vnum genuit fi
lium ſine initio. deũ ſibi coeq̃lez
et eadẽ q̃ ip̃e naturaliter coeter
nus ẽ diuitate coeternũ Et vn⁹
ſolus ẽ filius de vno patre nat⁹
Unus ſolus ſpũſſanct⁹ de patre
et filio in eiuſdẽ nature idempti
tate coequalis et coetern⁹ e que
ꝓcedens Quia tñ tres vnum
deũ credimus. eo ꝙ prſus vna
eternitas. vna imẽſitas. vna na
turaliter eſt trium ꝑſonaꝝ diui
nitas. ideo ꝑ hanc vnitatẽ natu
ralem totus pr̃ in filio et ſ. ſctõ ẽ
et totus filius in pr̃e et ſſ. eſt. to-
tus quoqꝫ ſſ. in patre et filio eſt
Nullus hoꝝ extra quẽlibꝫ ip̃oꝝ
eſt. qꝛ nemo aliũ aut p̃cedit eter
nitate aut excedit magnitudine
aut ſuꝑat ptãte Hec in ſentẽtia
Aug. in de fide ad petꝝ Et licet
hec a nobis plene intelligi non
pñt. ſicut b. Ambro. dr̃. ⁊ allegat
mgr̃. diſ. 9. ꝓmi. Nam mens de
ficit. vox ſilet. nõ mea tm̃ inq̇t ſꝫ
et angeloꝝ. tñ vt puriores de do
ↄceptus formem⁹. et de ꝑſonaꝝ
emanatiõe vtcunqꝫ loq̃ntes ni-
hil carnale cogitem⁹. ſm ſctõꝝ
patrũ ſcripta. ex actibus noſtris
manuduci poſſum⁹. ¶ D In-
tellect⁹ itaqꝫ noſter dum aliq̇d
intelligit intuitiue. fingit in ſe
quandam imaginẽ ſimillimã rei
intellecte. quã in ſeip̃o tanq̃ꝫ in
ſpeculo intuens. rem intellectã
quaſi pñtez recognoſcit. Et hec
imago ficto ſimillima ẽ. et talis
in eſſe obiectiuo. qualis res cui⁹
eſt imago in eſſe ſubiectiuo (Ex
emplũ de artifice vidente domũ
extra. ſtatim fingit domũ ſimil
limã intra) Sicut imago in ſpe
culo. ſimillima apꝑet rei cui⁹ eſt.
que ſi vere eſſet in ſpeculo talis
qualis apꝑet. vere ſimillima eẽt
Sic intellectus nr̃ dum intuiti
ue ĩtelligit ſeip̃m. fingit in ſe q̃ſi
ſui ipſi⁹ ſpeculo imaginẽ ſimilli-
mam ſibi. Et ſi hr̃et vim ꝓducti
uam realiter ſicut fictiuã. ꝓdu-
ceret de ſeipſo. et in ſeip̃o imagi
nẽ ſuam. ꝑ omĩa ſibi ↄſubalem ⁊
eiuſdẽ rõnis. imo in nullo abſo-
luto differentẽ. ſed ſola ꝓductõ
ne diſtinctam. ⁊ ꝑ ↄñs tale ꝓdu
ctum eſſet vere ab eo genitũ ⁊ fi
lius eius. qꝛ viuens de viuente
eiuſdem rõnis ¶ Sic eſt in illa
ſumma trinitate imaginandũ.
Nam pater in diuinis q̇ a nullo
eſt. ꝑfectiſſime ⁊ eternaliter ſuã

eſſentiam. ⁊ quidq̄d eſt ꝯgnoſcē
do. in ſeipſo qſi in ſpeculo limpi
diſſimo. verbū ſiue noticiam vel
imaginē ſimillimā ſibi itellecto
nō fingit ſʒ realiter ⁊ vere ꝓdu-
cit. qꝛ ipſiꝰ dicere ꝓducere eſt. di
cente ꝓpheta Ipſe dixit ⁊ facta
ſunt Et hec imago ꝓducta ꝟe ē
filius. ſibi ꝑ oīa equalis. in nul-
lo ab eo diſtincta. niſi qꝛ ꝓdu-
cta eſt a patre ꝓducente. ꝓpter
qđ eſt eſſentialiter id qđ pr Nō
aūt pater. qꝛ nō ꝓducens ſʒ pro
ducta. ſed tn̄ patri ꝯſubalis. coe
terna. coequalis. ⁊ i patre ſemꝑ
manens. Et h̄ innuit Augꝰ. 15.
de trini. cum dr̄. Verbū p̄ris de
ſcia patris naſci Hec quo ad ꝓ
ductionē filij. De hoc aliq̄d ſup̄
ſ. 2. de feſto penthe. ſm̄ imagi-
natōem bti Aug. in de cognitōe
vere vite ꝓpe finem E ¶ Vo
luntas quoqʒ creata. eo ipſo ꝙ
diligit aliquid. nō habet ꝟtutē
ꝓductiuā vel fictiuam alicuiꝰ ſi
milis amato. ſʒ poſita dilectōne
hʒ vim donatiuā. qua p̄t aliq̄d
donare ſiue ſil'e. ſiue diſſil'e obie
cto amato. ſi habet. p̄exn̄s. ſi nō
habet. ꝓduceret ſi poſſet Ita a-
liquo mō ſimilit' imaginari poſ
ſumus in diuis Nam pater ſua
voluntate diligit ſe. eſſentiā ſuā
et filium amore eſſentiali et infi
nito. et eodem amore filius dili
git patrē. ſeip̄m. et eſſentiā Vir
tute illius amoris pater ⁊ filius
ꝓducunt donum infinitū. equa
le ei qđ amatur. qđ tanq̄ȝ donū

grati[ſſ]imū pater donat filio. et
filius redonat patri. qđ qꝛ infi-
nitū eſt. idemptificat' dīne eſſen
tie infinite. ⁊ ita eſt verus deus.
patri ⁊ filio ꝑ omīa coequalis. ⁊
hoc donum eſt ſſ. Qđ qꝛ ꝟtute
amoris ꝓducitur. idō amor fre
quētei noīatur. ſicut dr̄ Rich.
Pater amorē impendit filio. et
filius rependit. Et eodē mō dr̄
nexus patris ⁊ filij. ꝑ modū do-
ni. dilectū et redilectū vnientis.
Et cōio vtriuſqʒ. tanq̄ȝ donum
vtriqʒ mutuo datum. ſic ⁊ ſpūs
vtriuſqʒ F ¶ Ex illo colligi-
te quid ꝯcipe vel cogitare debe
tis cum auditis filium in diuis.
nō ꝑſonā aliq̄ȝ a patre ſepatam
ab eo qualitercūqʒ genitā. ſʒ co
gitare debetꝭ quandā pulcram
patris imaginē. in ip̄o p̄re tanq̄ȝ
in ſpeculo clariſſimo manētem.
in qua pater ⁊ dīna eſſentia. ⁊ oē
cognoſcibile declarat' ⁊ relucet.
Sic dum ſſ. audis. cogita do-
num infinitum. qđ pater ⁊ filiꝰ
imago ſua. ex infinito amore q̄
ſe diligunt in ſe ꝓducendo ſibi
impendūt et rependunt. ſibi per
omīa eque dignū. et eiuſdē boni
tatis et ꝑ ꝯn̄s eſſentie. manēs in
ipſis. idē ſm̄ ſubām. diſtinctum
ſm̄ ꝑſonam. ¶ Ex illo etiam p̄t
ꝯſiderari. quare potentia. ſapīa
bonitas. et cetera attributa. q̄
cum omīa ad illa tria reducant'.
cum eque ꝯueniūt patri ⁊ filio ⁊
ſſ. nec vni magis q̄ʒ alteri. qꝛ oīa
hec fundant' in diuina eſſentia.

verius ſunt diuia eſſentia. q̄ eſt
vna et eadem in trib⁹. Patri tn̄
attribuit͛ potētia. filio ſapiētia.
et bonitas ſpūi ſancto. ſic dicit
mgr̄ diſ. 34. p̊mi. Cū em̄ pr̄ p̊n-
cipium eſt toti⁹ diuitatis. vt dt
Aug⁹. ꝛ Joh. j. In p̊n° erat ver
bum. Et in creaturꝭ virtus ſiue
poſſe ꝓducti ē formalit͛ vel emi
nenter in p̊n° ꝓductiuo. ido pr̄i
tanq̄ꝫ p̊n° attribuit͛ potētia. Fi-
lius aūt ꝓducit͛ ꝑ modū intelle
ctus. ꝓpter qd̄ et verbū eſt. ido
ſapia et quidq̄d ad intellectum
ꝑtinet attribuit͛ filio. Spūſſan
ctus ꝓcedit ꝑ modū voluntatis
virtute amoris. ido bonitas. be
nignitas. amor ꝛ q̊dquid ad vo
luntatē ꝑtinet attribuit͛ ſpūiſcō
Ex his aliq̄liter et imꝑfecte ꝑtꝫ
q̄uo intelligēda eſt vnitas diuie
eſſentie in t̄nitate ꝑſonaꝝ. ꝛ ꝑſo
naꝝ trinitas in eſſentie vnitate.
quā ꝓpha ſubtiliter deſiguit cū
dixit. Benedicat nos ꝛc̄. Et tm̄
de p̊mo. S ¶ Audiſtis de tri
nitate ineffabili ꝛ increata. ſuꝑ
eſt modicū adijcere de nr̄a trini
tate creata. q̄ h⁹ trinitatis incre
ate templū eſt. Ipſa nanq̄ꝫ trini
tas ſuꝑbenedicta hoiem ad ſui
imaginē creans in p̊n° tp̄is ſm
aiam Gen̄. j. In ipa eſſentia aie
ꝯſtituit. meōriā. intellectū ꝛ vo-
luntatē. ꝑ q̄s dei capax eſt. vt ſit
templū dn̄i. ipm bn̄dicēdo inha
bitātꝭ. ꝛ inhitando bn̄dicentꝭ. ꝛ
inq̄ntum capit noticiā ꝛ amore.
imago eſt rep̄n̄tans trinitatē in
creatā. Et licet rō imaginis in
natura aie fundat͛. tn̄ ſola dei
inhabitantꝭ bn̄dictōe ꝑficit͛. vt
vult Aug. xi. ꝛ. 12. de t̄ni. Nr̄m
ergo erit templū hoc ornare et p̄
parare. q̄tin⁹ dignet͛ dn̄s ſua bn̄
dictōne inhabitare. Preparē q̊
dem ꝑ viciorꝝ euacuatōꝫ Orna
re ꝑ regaliū caracterꝝ inſcriptōꝫ
vt vere in nobꝭ luceat ſummi re
gis imago ꝛ ſuꝑſcriptio. Fit hꝰ ſi
meōriā nr̄am inſcripta diuie le-
gis mādata pingant Si oēs in
tellectus noſtri cogitatōes ꝛ ꝯſi
lia in ipſo ꝑmaneāt. Si volūta
tis nr̄e actus et deſideria ei tāq̄ꝫ
fini vltimo inhereāt. vt potētie
patris memoriā ſubijciāt timor
ꝛ latria. ſapie filij intellectū no-
ſtrū ꝓporcionēt pudor ꝛ reuerē
tia. bonitati ſancti ſpūs volūta
tem nr̄am ꝯglutinēt amor ꝛ obe
dientia. ¶ Hec omia obtinere
poſſum⁹. ſi deū ſm p̄dicta ꝯgno
ſcimus ꝛ ſedule meditamur. q̊d
multa? Tota cauſa irreligioſita
tis xp̄iani populi hec eſt. q: deū
quē ore fatent͛ aut ignorant aut
nō cogitant. Et e diuerſo toti⁹
religionis cauſa eſt. dei fidelis
cognitio ꝛ frequēs meditatio.
Sn̄a eſt Wilh. ꝑiſien̄. de fi. et
le. ꝛ Joh. gerſ. dicentꝭ in libello
de meditatōe. Abſq̄ꝫ meditati
onis exercitō. null⁹ ſecluſo mira
culo dei ſpēali ad ꝑfectōꝫ ꝯtem
platōis dirigit͛. aut ꝑuenit. nul
lus ad ꝑfectiſſimā xp̄iane religi
onis normā attingit. imo vix ſe

ꝯponit. Pſ. In meditatōe mea
exardeſ. ig. Nec mirū. qm̄ teſte ſa
piente. Noſſe deū ꝯſūmata iu/
ſticia eſt. ⁊ ſcire iuſticiā ⁊ virtutē
eiꝰ radix īmortalitatꝭ Sap. xv.
Quō em̄ xp̄iani ſue carni ac mū
do fruētes. ſi deū ſaltem tanq̄z
gētiles ꝯgnoſcerent. tā turpiter
ab eo ī ſua ꝯuerſatōe declinarēt
⁊ creature q̄ſi meliori bono adhe/
rerēt? Quapropter cariſſimi ſi in
cunctꝭ veris ꝟtutibꝰ creſcere cō/
placeat. dei noticiā meōrie infi/
gite. ītellectū meditatōi freq̄nt̄
cogitātes q̄d ſit d̄s ⁋ Quis
nāq̄z hūc. ſūmū bonū. deſidera
biliſſimū oīm. deliciosiſſimū. mi
ſericordiſſimū et ſup oīa amantē
cūcta q̄ creauerat. ⁊ maxie hoīez
quē reparauerat. ⁊ nō deſiderabit
q̄ret ⁊ amabit? Quō em̄ in oīb9
q̄d bonū ē ⁊ deſiderabile q̄rūt. ⁊
q̄d meliꝰ reputāt ꝑeligūt dilige
tius. īmo ⁊ laborioſiꝰ ꝓſequūt̄.
⁊ q̄d optimū et in ſe et nobis cre
derent nō amarēt. deſiderarent
ſed penitꝰ negligerent. p̄ſertim.
cū multoꝝ doctoꝝ ſit opīo. ꝙ vl
timꝰ finis ꝓpter infinitatē ſue
bonitatꝭ nr̄am voluntatē abſor
beat. vt nō poſſit attente cogita
ri ⁊ nō amari? Quis hūc cogita
bit ſapiētiſſimū. oīa videntē. cꝰ
oculi m̄lto plꝰ lucidiores ſup ſo
lem. circūſpiciētes oēs vias ho/
minū. Eccl. 23. Veriſſimū quo
q̄z et iuſtiſſime omnia regentē. ⁊
a temerario iudicio ac blaſphe/
mia in deum non ſe temperabit?

Sciens q2 nihil fit. quod non
de interiori atq̄z intelligibili au
la ſummi imperatoris egrediatur
ſcḋm ineffabilē iuſticiam atq̄z ſa/
pientiam. vt d̄t Augꝰ. 3. de tri.
Nam et ſapientū hominū regi/
mina ac actus nō iudicamꝰ. licz
intentōnes eoꝝ et fines ignore/
mus. Quinimo qui hec medita
tur. patiēter ſuſtinet ſicut ꝓſpe
ra ſic et aduerſa. quomō pij me/
dici ⁊ ſapiētis. ſectiones ſuffert
et pocula. Sed et ſolicite caue/
bit. ne quid pudendum coram
diuine maieſtatis oculis cogi/
tet vel operetur. Omnia em̄ in o/
culis dn̄i agere impudēter ⁊ ſine
timore. nō eſt homīs qui credit
hec deū inſpicere et videre. ait
wilh. vbi ſup. hinc Boetiꝰ. 5.
de ꝯſol. p. vlti. Magna vobis
inquit indicta eſt neceſſitas ꝓ/
bitatis. cum ante oculos agitis
iudicis cuncta cernentis.

☞ ⁋ Quis deniq̄z hunc potē
tiſſimum. fortiſſimum. eternuz
cogitabit et non timebit? Sci/
ens eum vite et mortis poteſta/
tem habere. eiuſq̄z ditioni om/
nia ſubiecta. Immo non ei ſpe
firma tanq̄z fortiſſimo adiuto
ri inherens. nihil preter ipſum
timebit. ſed et tanq̄z vniuerſita
tis dominū venerabitur colet ⁊
adorabit. ⁋ Vides quantum
in nobis confert meditatio dei
eiuſq̄z potentie ſapientie et bo/
nitatis ſumme. Q si in ſe ipſo
cognoſcere non vales. ſaltem

in eius opibus attende. in crea-
tōne potentiā. in gubernatione
ſapiam. caritatē in repatōe. De
niqȝ in omni creatura ꝯſideras
modū ſiue limitatōȝ. ſpēm. ⁊ ordi
nē ad finē. pmū potētiam. ſcdm
ſapiam. terciū bonitatem teſtifi
cat creatoris. Sic deum cogno
ſcētes ⁊ meditantes. imaginem
noſtram prepamꝰ et ornamꝰ. eū
qȝ ad nos venturū cū bn̄dictōe
ꝯfidimus aduocatū p nos cla-
mātes ſuppliciter. bn̄dicat nos
deus. deus nr̄. bn̄dicat nos deꝰ
Quod ipſa pſtare dignetur tri-
nitas benedicta Amen.

¶ Sermo ſecundus vnde
ſupra in ordine. XL.

Benedicat
nos deus deus
noſter. bn̄. n. deꝰ.
Ps. 66. A Jn hodierna
feſtiuitate beatiſſime trinitatis
loquendū eſt de ſumma ⁊ incōp
heſibili trinitate Jpſa ē em̄ ſūmū
bonū teſte Aug. de tri. qđ pur
gatiſſimis mentibꝰ cernit. Mē
tis em̄ hūane acies inualida. in
tam excellenti luce non figitur.
niſi per iuſticiam fidei emundet
De qua cum modeſtia et timore
agendum eſt. atqȝ attētiſſimis
auribus et deuotis audiendū.
vbi queritur vnitas trinitatꝭ pa
tris ſcȝ et filij et ſſ. qꝛ nec piculo-
ſius alicui erratur. nec laborioſi
us aliquid querit. nec fructuoſi
us aliqd inuenit. hec Augꝰ. Er
ror in pnᵒ. piculoſior eſt in pnci
piatis ſm phm. Jpſa aūt trini-
tas ſupbn̄dicta pncipiū eſt toti
us creature. et fides trinitatis
pncipium ⁊ fundamentū cetero
rum fidei articuloꝝ Und nihil
recte credit qui in fide trinitatꝭ
ſumme errat. Verū errare nō pt
culpabilr qui eiuſdē doc. Aug.
regulam tenet. qui li. quo ſ ait.
Non pigebit me inqt ſicubi he-
ſito querere. non pudebit ſicubi
erro diſcere. Quiſquis gaudit
hec vel legit. vbi piter certus eſt
pergat mecū. vbi piter heſitat q
rat mecum. vbi errorem ſuum
recognoſcit redeat ad me. vbi
me errare cognouerit. reuocet
me. ita ingrediamur ſimul cari-
tatis viam. tendētes ad eum de
quo dictū eſt. querite faciē eius
ſp. Deniqȝ licet laborioſum ſit
querere. tanqȝ id qđ hūani inge
nij facultatē excedit. eſt tn̄ fru-
ctuoſius oibus alijs ꝯgnoſcēdū
Jlli em̄ appropiate corrn̄ det vi-
ſio beatifica eiuſdē ſumme tni-
tatis in pmio. quo melius nihil
vnde Augꝰ in de ꝯgnitōne vere
vite iuxta pncipium ait. Diuita
tis eſſentiam rōnabiliter inueſti
gare eſt ad vitam eternam feſti
nare Hanc vo negligendo igno
rare. eſt vtiqȝ ad mortē indefici
entē pperare. Tria igit nobis
de trinitate ſupbn̄dicta cum omi
humilitate ſunt inueſtiganda.
ſcȝ eſſentie vnitas. pſonaꝝ trini
tas. opatōm inſepabilitas. que